ram vt sic cor humanum plenius possideret. per cor aũt intelligit voluntas. qz de⁹ animã querit in corde z voluntatẽ in anima: vnde z in euãgelio p cor volũtas intelligit: vbi dr: diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Cuius ratio ẽ qz sicut cor corpale est principiũ oim motuũ corpaliũ: ita etiã voluntas mane q̃ẽ ad intentionẽ finis vltimi qui est obiectũ charitatis est principiũ oim motuũ spiritualiũ vt igit sciamus q̃ p charitatẽ excellẽtissima dona nobis a deo donant. ¶ Sciẽdũ ẽ put sufficit ad presentẽ speculationẽ q infusa diuinitus charitate quinq̃ dona acceptissima recepimus: ¶ Primũ donũ ẽ diuini amoris cõ naturalitas: nã diuina bonitas que spiritualẽ creo appropriatur nullam aliaz virtutẽ collocat in humano corde sic illi connaturalem: sicẽ amorem z charitatẽ: qua vt dicit prima Johan. iiij. Deus charitas est. Scitez increata immensus: immoralis a qua quidem charitate quidam purus z infinitus actus amoris procedit: cũ igitur animã humanã creauit deus ad imaginem vnq̃ charitatis et similitudinẽ infiniti actus amoris sui creauit illam: Hinc postq̃ peruenerit ad liberũ rationis vsũ: tũc et esse proprio quãdam habet aptitudinẽ ad amandum sine qua aliquo mõ eẽ non pot: ne cessarium em̃ est illi diligere bonũ incõmutabile quod deus est aut bonũ cõmutabile qõ mundus est: Ipsaq̃ per libe. arbi. in medio constituta dinoscitur: vt ad qõcunq̃ voluerit se diuertere possit. z hec in anima aptitudo diligẽdi quedã est imago dei: a qua. s. aptitudine procedit qdãvelox z efficax amoz; acep p quem infiniti actus diuini amoris similitudo clarius demonstrat: ex qb⁹ relinquit q nulla virtus ita cõnaturalis est in anima humana sicut ipsa charitas. ¶ Scõm donũ ẽ ipi⁹ diuinitatis cõformitas: sup oẽs em̃ virtutes amor animaz deo cõformat: cui⁹ rõ est qz deus charitas est: z ideo melius p charitatem q̃ p aliquã aliã virtutẽ ranq̃ deo consimilior rem aia cõformit in deũ trãsformat: vnde dicit Hugo de arra anime: q ea vis amoris ẽ vt te talez esse necesse sit: q̃le ẽ illud qd̃ amas z cui per affectum iũgeris i ipius similitudinẽ ipa quoddãmõ dilectõis formositate trãsformaris z ideo subdit ibidem De⁹ charitas ẽ z q manet in charitate in deo manet z deus in eo Si enim vt refert phus: ij. pollit. Aristophanes dicit: q amãtes desiderant ex duob⁹ vnũ fieri: z Tullius de amicitia dicit: q is ẽ amicus ẽ q est tanq̃ alt idẽ: q̃nto magis sm apostolum. j. Cor. vj. Qui adheret deo. fit amorem pfectum vn⁹ spũs ẽ cũ eo. Exprimur em̃ in nobis: q vis amoz; ardẽtis totalit ad hoc nititur inhyat z gestit: vt nõ solum sit itimus ipsius amanti: sz ẽt vt qdammõ sit ipm amatũ Hinc etiã intantũ talis in amore dei valẽter cedit: q incorpaliter p̃diligit deũ dilectum q̃ seipsu ¶ Tertiũ donũ ẽ ipsius aie formositas nam postq̃ aia p charitatẽ deo fuerit conformis quõ non erit decor ipsius anie formosus cum sit in ea vera sititudo diuinitatis. Pro q sciẽdũ sm Alex. de hales ac alios doctores q imago dei in anima consistit in naturalib⁹ ꝓpietatib⁹ z potẽtijs eius: similitudo vero consistit in gratuitis: id ẽ in virtutib⁹ charitate diuina formatis z decoratus: precipue m̃ i ipa charitate z diuina dilectiõe. vnde licet anima cunctas virtutes z dona habeat si charitate priuatur deformis ẽ: z ideo displicet q eidẽ ostendit apostolus. j. Cor. xiij. vbi dr: Si linguis hominũ loquar z angelor: charitatem aũt nõ tẽ. Hinc aut Hugo q h⁹ priuilegiũ sola charitas habet vt deus dicatur z sit. nõ ei deus humilitas est z patientia: qz cũ omnis virtus dei donũ sit. nulla p̃ter charitatẽ h⁹ habet: vt nõ solũ dei donũ sed z deus dici possit reliqua igitur granarũ dona largitur deus z his quos reprobat: solam aũt charitatẽ qua si seipm his tm̃ q̃s diligit in p̃miũ seruat: hec ille. Anima nanq̃ humana carboni similis ẽ: qui si extinctus fuerit obscurã indaginẽ induit: si vero perfecte ignitus fuerit totas splendid⁹ z igni simillim⁹ apparebit: sic ania humana dum amore diuino per peccatum fuerit extincta: id est charitatis igne priuata: terrani nigredinem immo z diabolicã turpitudinem indut. Hinc de talibus Hiere. iiij. dicitur: denigrata est sup carbones facies eorũ: qb⁹ in euãgelio ꝓuenient imperatorijs: vos ex pre diabolo est; qz filij similitudinẽ pris habere debẽt. qd em̃ corpescit in diabolo nisi perm̃: vt pote cui⁹ natura ineffabili pulchritudie z nobilitate cõdita est sed charitate priuata z inquinate deformat. Econtra vo dũ aia fuerit charitatis igne incensa prin⁹ efficit pulcherrima deoq̃ sima: qd em̃ carbo ignie⁹ nisi ignis cẽ seri debeat: cũ iã ignis factus ẽ forma carbonis? quid aia charitatis igne perfecte succẽsa nisi nõ dico de⁹ sed deificata censeri debeat? cui dr ipsa. ꝓfessionẽ q̃. s. turpitudo peccatoris ũ deponitur: et decorem. s. charitatis induit

amictus lumine scz diuine gr̃e sicut vestimen
to:vnde charitas iam facta est anime fo:ma:
sicut forma co:poris est anima:z sicut ignis
operit carbonis nigredinem:sic charitas ope
rit peccatoꝝ multitudinem. Verũ ne meum
putes figmentũ audi Aug.dicẽte.qualis est ho
minis dilecto talis est homo .si terrã diligis
terra es.si celum celum es:si aũt diligis deũ
non audeo dicere deus es sed audi ꝓphãm
dicentẽ:ego dixi dij estis z filij excelsi omnes
hec ille.Quartũ donũ est spiritualis vite ve:
ritas:nam in sola charitate consistit tam vir:
tutũ omniũ q̃ etiã ipsius anime vita.Vnde
ait ꝓphẽta:querite dñm id est amo:em eternũ
qui est deus z ꝟ p amo:e z viuet aia vr̃a.cui
ps̃.z aia mea illi viuet O felix aplus q̃ hanc
vitã exprius ait:viuo ego iã nõ ego:viuit ꝟo i
me christus.De hac aũt vita dicit Aug.in e
alia.q sicut vita co:poris anima est.ita vita
anime deus est.sicut co:p9 expirat dum amit
tit anima:z:sic anima expirat dum amittit de
um:deus amissus mo:s anime:ania amissa
mo:s co:poris.z licet co:pus nr̃m mo:i pos:
sit tñ idipsum q̃ diligimus scz anima mori nõ
ꝑt cũ diligit deũ:cui mo:s ẽ nõ diligere deus
hec ille.Et Bern.Fõs vite est charitas:nec
animã illã viuere diterum q̃ de illo nõ hause:
rit. Haurire quõ põt nisi ꝑsens sit ipi fonti q̃
charitas ẽ q̃ deus est.hec ille.Sed quõ iqs
adhunc vite fontẽ appropinq̃re potero:Re
spõdet ad ꝟ Aug.q pes anime amo:e est:qui
si p:auus est ꝺ:z cupiditas vel libido:si rect9
est dicitur charitas.His igit pedib9 ambu:
lat anima ad bonum in cõmutabile vl̃ cõmu
tabile.quia charitas est anime motus ad fru
endum deo ꝓpter deum z se ac primũ ꝓpter ꝺ:
um:cupiditas aũt ẽ anime motus ad fruen:
dũ se a primo z quolibet co:poreo non ꝓpter
deũ ad deum ꝉ fm Aug:q vbiq̃ p:esens est
vbiq̃ totus:non pedibus licet ire sed mo:ib9
mo:es aũt nostri nõ ex eo qꝺ quisq̃ nouit:scz
ex eo q diligit diiudicari solẽt nec faciunt bo:
nos vel malos mo:es nisi boni vl̃ mali amo
res:propter quod longe a peccato:ibus sat9
vt dicit ibidem Aug.super ps̃.non loco sed
dissimilitudine:quid est dissimilitudine:ma:
la vita malis mo:ibus.si enim bonis mo:i
bus deo appropinquamus:malis mo:ibus
recedimus a deo:vnde congrue idem homo
co:pore stans in vno loco:z amando deum
accedit ad deũ:z amando iniquitatẽ recedit
a deo hec ille.denicq̃ sicut charitas animam

vnificat sic z ꝓficues actiões q̃ fructuosas red
dit z viuidas:vt supra tactũ ẽ.Quintũ donũ
est amo:is insatiabilis suauitas.nulla autem
virtus alia tantã facu experiri delectationem
z cõplacentiã sicut charitas tam in deo q̃ in
creatur̃ :senserat ꝟ qui dicebat:Quã dulcia
faucib9 meis eloquia tua sup mel o:i meo:et
uez iudicia dñi vera iustificata in se metipsa
dulciora z̃c:Cũ igit amo:dei suauissimus ẽ
tã in affectu q̃ in effectu.dicẽte Bern.in.li.
de diligẽdo deũ:vbi amo:est labo:non ẽ sed
sapo:.quoniã amãti nihil ẽ difficile:Ideo p
cõsequẽs nec fatiari põt desiderio q̃ nõ nisi ꝺ
siderare cõcupiscit:iuxta illud ps̃. Cõcupiuit
ania m.de iust.in omi tẽpe.ꝓter ꝟ aũt ania
deũ amans amo:e nõ satiat :q: deus amo:
est quẽ qui amat amorẽ amat:amare autem
amorẽ facit circulũ vt nullus debeat eẽ finis
vel mẽsura amo:is:vnde Dyoni.li.de.di.no.
q amo: scilicet etern9 ostendit sicut q̃dã eter
nus circul9 p optimũ ex optimo in optimum
inenarrabili conuersione circũiens:z in hoc
circulo spiritus amans complectit z ad ifini:
tum amo:em cõplectendũ inuitat:ex qua in:
uita ratiõe surgit q̃dam appetitus insatiabili:
tas que omnia vo:at:quia de copia facit in:
opiam:dũ ex ꝑgustato dei deliciꝺ amplius
inardescit in desideriꝺ:q: z si dat ad plenitu:
dinem nunq̃ tamen ad sanctitatem.Hic eccl
xx.i y.ꝺ:.q me edũt adhuc esuriũt. ¶ De
hac igitur charitate in ordine ad subiectum
adhuc duo queri possunt. Primũ ẽ vtrũ cha
ritas habita possit diminui vl̃ totaliter amit
ti:p:esertim cũ dicit Augu.viij de trinitate q
si dilectio non est vera dilectio dicenda nõ est
sed sicut idem dicit in epl̃a ad Julianũ comi
tem charitas que deseri põt non vera fuit:er:
go neq̃ charitas fuit. ¶ Ad hoc respondet
Tho scõa scõe:q.xxiij.inter alia :q charitas
habita diminui non possit:neq̃ per actũ pec
cati mortalis:quia mortale charitatẽ totaliter
co:rumpit tam effectiue.q: charitatem ꝺ̃natur
q̃ etiam meritorie:q: dignus est q illi deus
subtrahat totaliter ipsam charitatem :nec eti
am per actum peccati venialis:nec quidem
effectiue.q: ad charitatem non attingit:scz m̃
ad feruo:em charitatis:nec etiã meritorie:q:
deus non plus vl̃ p:ius se auertit ab homie
quaz homo auertit se a deo.similiter diminui
nõ potest p cessationẽ ab actu virtutis directe
loquẽdo:quia licet virtutes ex actib9 acquisi
te p cessationem diminui possunt:vt dic̃.p ba

vlg. Et b. q multas amicitias in appellatio solvit. id est non appellare amicum vel ei nō colloq: cuj rō est: q; ꝓfectio vnius cuiusq; rei dependet ex sua cā: Causa ꝯo virtutis acq̄site est actus hūanus q̄b; cessantib; virtus acq̄sita diminuit: z tandē totaliť corrūpit: sed ħ in charitate locum nō hz. q; solū a deo infūdiť: z sic actu charitatis cessante nō diminuit charitas directe nec corrūpit si desit mortale peccatū: indirecte tñ loquēdo diminuto charitatis dicit̄ dispositio ad corruptionē ipius que fit p venialia peccata vel etiā p cessatiōnē ab exercitio operū charitatis: sed p mortale totaliť corrūpi pōt: q; subiectū charitatis est ad bonū z ad malū vertibile fm arburiū libertatē. ¶ Secdo q̄ri pōt: virū charitas augeri pōt. ¶ Ad ħ ibidē breuiter rñdet Tho. q charitas nō augeť p ħ q charitas addiť charitati sic q̄dā ponunt: sed p ħ q charitas intēdiť in subiecto: ita q subiectū magis ac magis charitatem participat fm q magis reducit i actum illius: z illi magis subdit̄ur: nō tñ intelligendum est q in quolibet actu charitatis ipsa charitas augeatur: sed q̄libet actus charitatis disponit ad augmentum charitatis: in quantum ex vno actu charitatis promptior redditur ad agendum fm charitatē: z sic abilitate crescente, promptit̄ in actum feruentiorē dilectionis quo conetur ad charitatis perfectionem: z z tunc charitas augeť in actu z huic quidem augmento charitatis nullus terminus imponi pōt in statu vie: tum q; charitas fm rōnem ꝓprie speciei terminus augmēti nō habet. eo q est participatio quedā infinite charitatis q̄ est spūssancti: tum etiam q; cā agēs charitatem est infinite virtutis. s. deus: tum deniq; quia crescente charitate semp in subiecto supercrescit abilitas ad vlterius ꝓcedendum vl augmentandum: capacitas em̄ creature rōnalis p charitatem augeť: q; p ipam cor dilatatur: iuxta illud. ij. Cor. vj. Cor nostrum dilatatum est: z ideo semp remanet abilitas ad maius augmentum. Ad lau.

¶ De obiecto charitatis scz summo bono/z de mercantia amoris/ac de quatuor que sunt p ordinē ex charitate diligenda. Sermo. xvij

Honora patrem tuum z matrem. zc. Jam ordine debito videndum ē de obiecto ipius charitatis: de quo ꝓmo q̄ri pt: virū summa bonitas sit prima rō diligēdi omne illud qđ ex charitate diligit. ac p consequēs obiectum formale ipius charitatis. p̄sertim cū sic se habeat ens ad cognitionē ita bonū ad dilectionē: sed prima rō cognoscendi nō est summū ens sed ens cōe creatoris z creature cōitate analoga: g sitr prima ratio diligendi non ē summa bonitas sz bonitas cōmunis creatoris z creature cōitate analoga. ¶ Ad ħ rñdet Rich. sup. iij. dis. xxviij. q prima ratio diligēdi ex charitate est ipsa summa bonitas: quia sicut primo rō videndi est illud ratione cuius mouet visum quicqd mouet visū vt lumen vl color: z sicut prima rō intelligendi est illud rōne cuius intelligitur quicqd intelligitur vt ens vel verū: sic concedendū ē illō esse primā rōnem diligendi ex charitate: rōne cuius diligit quicqd ex charitate diligit: hoc ei summa bonitas propter quam oia diligenda sunt q̄ ex charitate sunt diligenda. ¶ Ad obiectum igitur dicendum: q non est sic de ꝓma rōne diligendi ex charitate: z de ꝓma rāone diligendi cōiter deum: q; sicut diligere cōmunius est q̄; ex charitate diligere: sic prima rō diligēdi cōmuniꝰ est q̄; prima rō diligēdi ex charitate z ideo si detur q ꝓma rō diligendi cōmuniter dicti nō sit summa bonitas sed bonitas communis creatoris et creature cōitate analoga: pt concludere videt argumentum: non tamē ꝓpter hoc sequit q summa bonitas non sit prima rō diligendi ex charitate: ex qb; ꝓcludit qđ summa bonitas ē ꝓma rō diligēdi ex charitate z obiectum formale ipius charitatis. ¶ Ꝑro q̄ sciendū q summa bonitas pt ꝓsiderari dupliciť: scz fm eē qđ hz in re: vel fm eē qđ hz in aia vl mēte. Summa bonitas g est formale charitatis obiectū fm eē qđ hz in re. z ex ꝓsequēnē eius obiectū fm eē qđ hz in nostra mēte: Cuj rō ē: q; esse reale bonitatis idē ē cū ipsa bonitate. sed esse suū qđ hz n nostra mēte in rōne cognoscibilis ē ipm esse nostre mentis repzesentari: vel ab aliquo mō cognosci: modo nostra voluntas p charitatē ꝓmo z ꝓncipaliť tendit p dilectionē in ipsaz summā bonitatē in suo reali esse qđ ē idē cū ea: et ex cōsequēnī diligit eam nostre mētis repzesentatiui: z a nostra mente cognosci. Hinc est qđ dominus vniuersaliter omnibus ꝓceptū charitatis indixit: dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo zc. z ne queram⁹ diuerticulum ad excusandas excusationes in peccatis ipsa charitas omnibus venalis ex;

ēp̄onitur nec est psonarū acceptio apud deū vt dr Roma.ij.q̄ solē suum oriri facit sup bonos ⁊ malos:⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos:vt dr Habb.v. Nec est q̄ se abscondat a calor eius:vt dicit ps̄. ¶ Vis nūc videre signū mee caritatis amoris huius.audi.ps̄. Suauis dñs vniuersis ⁊ miſ.eius sup xc̄.nemnē tamē ad eius emptionē violentat:sed vt dr Eccī.xv. Deus ab initio constituit hominem rectū et reliquit eū in manu cōsilij sui:tm̄ aūt suadet q̄ coarcta seruitia non acceptat:vñ dr Apoc̄: ij. Dicis q̄ diues sum ⁊ locuples ⁊ nullius egeo:⁊ nescis q̄ tu miser es ⁊ miserabil̄:pauper:cecus ⁊ nud⁹:suadeo tibi emere a me aur̄ ignitū ⁊ pbatū vt locuples fias ⁊ vestimenta albis induaris:vt nō appareat cōfusio nuditatis tue:hoc ibi. Sz forte causeris de difficultate tā inuenēdi q̄ adeūdi felicissimā apothecā huius mercātis:⁊ lz multa essent q̄ eam cōpare vellēt:tñ locor̄ incertitudo ⁊ itineris longitudo eos ab ħ ꝓposito reuocaret. Ad hoc fidenter respondeo q̄ deus qui charitas est:vbiq̄ regnat:vbiq̄ maiestas eius omnia replet:ac eius charitas complectitur vniuersa:quinimo prope est dominus omnib⁹ inuocantibus eum in veritate:si tamen eius apothecam magis delectat inuenire.queramus eam cum sponsa dicente. Indica mihi quem dilig⁹ anima mea:vbi pascas:vbi cubes in meridie:ne vagari incipiam post greges sodalium tuarū:curre fidelis sponsa ad lectulū sponsi tui ⁊ mercantiam amoris inuentes: curre inquam ad dimensionē crucis q̄ nullibi venditur amor nisi i hac apotheca:vbi ex amore pater filium ⁊ filius obtulit semetipsū: amplecterē illum cum magdalena et seruando comprehende si potes cum omnib⁹ sanctis que sit longitudo:latitudo.sublimitas et profundum amoris huius felicissime apothece: felix paulus qui dicebat. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi Sed rursus de quantitate precij expauescis. forsan q̄ angustias tuas incomparabiliter excedat:⁊ dicis cum apostolo. Velle quidē adiacet mihi.perficere autem non inuenio: Vñ ad eandem margaritam comparandam allegat⁹:Hugo dicit inter alia. O charitas si scirē quanti vales pretium pro te appenderem sed forte excedis angustias meas:nec inuenire potero pretium tuum penes me:dabo ramen quod habeo ⁊ totum quod habeo:⁊ tota domus mee substantia te commutabo:⁊ cū totum dedero totum quasi nihil iam reputabo omnes delectationes carnis mee:omnes iocunditates cordis mei propter te libēter impendā vt te solā possidere valeā:tu sola mihi charior:tu sola vtilior:tu sola suauior:tu sola iocundior amplius delectaris:abūdanter sanans:rutilius saluans:feliciter ꝓseruans:⁊ postea cām subdit cōparationis hui⁹ dicens: Nūquid parū est deū in se manētem habere tantum est charitatē possidere:q̄ sm Bern. Deus charitas est:quid petisius:⁊ qui manet in charitate in deo manet.quid securius:⁊ de⁹ in eo:quid iocundius:vnde inquis ergo tantum inueniam preciū ad ꝓparādū:Sed ne expauescas ne diffidas o homo.omnes satisfare desiderat qui omnes ad hunc vite fontem inuitat:dicens: Iob.vij.si quis sitit.s.amore:ueniat.s.affectionis passib⁹ ad me sc̄z fontem indeficientem vite ⁊ charitatis:ad me torrentem inebriantis voluptatis:ad me dulcedinē transformantis amoris ⁊ bibat:sed q̄ precio dñe.omnes inquit sitientes venite ad aq̄s sc̄z gr̄e ⁊ charitatis:⁊ qui nō habetis argentum ꝓperate:emite ⁊ comedite:venite emite absq̄ argento ⁊ absq̄ vlla cōmutatione vinū sc̄z amoris ⁊ charitatis ⁊ lac puritatis:q̄ charitas opit multitudinē peccator:nō ergo emit auro vel argento nō quibuslibet locatib⁹ vel ornamentis non adulterinis crinibus aut fucamentis:nec caudatis vestibus:nec rostratis calceis.hec enim oia dñi sunt licz ab hominibus abutant. Deinde est terra ⁊ plenitudo eius de ꝓpria moneta margaritam hāc cōparare necesse est nō de his q̄ dñi sunt cui⁹ sunt oia bona tpalia:corpalia:spūalia ⁊ eternalia:aperienda est ꝑ ꝓpria bursa ⁊ ꝓpria moneta tradenda bursa nostra cor nostrū est in qua moneta nostra recōdit sc̄z scelera ⁊ peccata que nostra sunt ⁊ propria:⁊ hec dom⁹ pro mercantia amoris gratanter acceptat.q̄ illa tm̄ sunt nostra:omnia vero bona dei sunt: iam considera quid das ⁊ quid recipis:nihil charitas eo quod emitur:nihil vilius eo quo emitur precium solius cum peccata humilit recognoscis ⁊ confiteris:charitatem recipis cum remissionem acquiris.audi precium solutionem: dixi confitebor aduersum me iniustitiā meā dño audi margaritā diuine dilectionis recipientem.⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. O pelag⁹ infiniti amor̄ qd agis qd sustines.o sublimitas sapientie dei q̄ expugnas omnē sensum quō ex amore quod āmō stulta-

facta es: nūmos sceleꝝ nostroꝝ acceptans ꝛ amplissimū donum tue charitatis indulgens vt amore tuo beatos nos facias ineternū: vñ queru Auguſt. in li. confeſ. quid tibi ſum bone ieſu vt amari te iubeas ꝛ ꝑcipias: ꝛ niſi factā irascaris ꝛ minaris mihi ingentes miserias. Rñdet Berñ. lib. de diligendo deū cū amat deus nihil aliud vult q̄ amari certissime ob aliud nō amat niſi vt amet ſciens ipſos amore beatos qui ſe amauerint. ℣ Scḋo prin cipaliter quer̄ pōt ex quo fm Aug. ſ. de doc. xp̄iana: quattuor ſunt diligenda. Vnū qḋ eſt ſupra nos. Alterū qḋ nos ſumus. Tertū qḋ eſt iuxta nos. Et quartū qḋ eſt infra nos. Vltrū ſcz omne illud qḋ eſt ſupra nos p naturā ex charitate diligendū eſt: p̄ſertim cū non ſolū deus videatur ſupra nos eſſe: ſed etiā angeli boni ꝛ mali: ꝛ ipſa beatitudo quā expectam⁹ Ad hoc rñdet Rich. vbi ſupra: q̄ oñe illud qḋ per naturā eſt ſupra nos: ex charitate diligendū eſt: nam q̄ deus ex charitate diligendus eſt: ſatis patet ex iam dictis. Diligendi ſunt etiā ſancti angeli ex charitate cū ſint participes eterne beatitudinis: in qua cōmunicāt homines cū angelis: ſicut dicit Matth. xxij. q̄ in reſurrectione erunt homines ſicut angeli in celo charitatis enim amicitia vt dictū eſt ſupra: fundat ſuper cōmunicatione beatitudinis eterne. Nec mirū ſi diligendi ſunt: cū ꝛ ipſi affectu pariter ꝛ effectu cordialiter nos diligunt: nam q̄tum ad primū dicit Origen. ſup libros numeroꝝ omelia. lxix. Angeli diē feſtū letantes ſuper his qui refugientes cōſortia demonū: per exercitia virtutū ſe feſtinant angelicis ſociare conſortijs. Quantū etiā ad ſecundū dicit ibidem omel. lxvj. Adeſt vnicuiq̄ noſtrū etiā minimis qui ſunt in eccleſia: angelus bonus: angelus dei: qui regat: q̄ moueat: qui gubernet: qui pro actibus noſtris cōtristandis ꝛ miserationibus poſcendis: quotidie videat faciem patris: hec ille. Ceterū diabolus cū ſit nomen nature in malicia obſtinate: ideo concedi non debet q̄ ſit ex charitate diligendus: niſi cum hac determinatione: ſcz rōne ſue nature que naturaliter eſt bona ꝛ a dō eſt: nō eſt tamē eius natura diligenda ex charitate amore amicitie: quo rei dilecte vitam eternam optamus: imo ex charitate in eius eternā punitione diligere debemus dei iuſtitiā iuxta illud p̄s. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam: ſed illā naturā ex charitate diligere debemus: volendo eā cōſeruari ad dei gloriam: ſicut etiā diligimus creaturas irrōnabiles: nō q̄ velimus eis bonū vite eterne: ſed in q̄ntum volumus eos p̄manere ad dei gloriā ꝛ vtilitatez hoim. Deniq̄ beatitudo ſimiliter eſt ex charitate diligenda: q̄ nō tantū illud ex charitate diligit ad qḋ habet amicitia: ſed etiam bonū illud qḋ optamus amico vel qḋ manere volumus illius gr̄a: fm quē modū beatitudinē ex charitate diligimus: eā em̄ nobis ꝛ amicis volumus: ꝛ eam ad dei gloriā manere volumus: ad quē ſummā charitatis amicitiā hꝫe debem⁹: nō m̄ eſt intelligendū q̄ beatitudo creata ſit p naturā. s. nos cū ſit accidēs ꝛ natura ſubſtantie ſit nobilior q̄ accidēs. ¶ Tertio p̄cipaliter queri pōt: vtrū ex charitate diligendū ſit illud qḋ ſumus nos: p̄ſertim cū id qḋ ad charitatē p̄net: nō pōt eſſe vituperabile q̄ charitas nō agit p̄p̄erā: vt dicit ſ. ad Cor. xij. ſ amare ſeip̄m eſt vituperabile: dr̄. enim ij. ad Timo iij. In nouiſſimis diebꝰ inſtabunt tp̄a periculoſa: ꝛ erūt hoies ſeip̄os amantes. Ad hoc rñdet Tho. ſcḋa 2ᵉ. q. xxv. q̄ cū charitas ſit amicitia quedā: ideo dupliciter de charitate loqui poſſum⁹. Vno mō ſub cōi rōne amicitie: ꝛ ſic amicitia p̄p̄rie nō habet ad ſeipſum ſ aliq̄d maius amicitia: q̄ amicitia vnionem quandā importat. Dicit em̄ Dionyſ: q̄ amor ē vnis vnitiua: vnicuiq̄ aūt ad ſeip̄z eſt vnitas q̄ potior eſt vnione. Vñ ſicut vnitas eſt p̄ncipiū vnionis: ſic amor q̄ ds ſe: p̄m diligit eſt forma ꝛ radix amicitie: in hoc em̄ amicitiā habemus ad alios: q̄ ad eos nos habemus ſicut ad noſip̄os. Alio mō loqui poſſumus de charitate fm p̄p̄riā rōnem ip̄ius: put ſcz eſt amicitia hois ad deū p̄ncipaliter: ꝛ ex p̄ñti ad ea q̄ dei ſunt: iter q̄ etiā eſt ipſe hō q̄ charitatē habet: ꝛ ſic int̄ cetera q̄ ex charitate diligit quaſi ad deū p̄tinētia: etiā ſeip̄m ex charitate diligit Qḋ aūt amātes ſeipſos vituperant int̄ q̄s: hoc eſt quia amāt ſe fm naturā ſenſibilē cui dānabiliter obtē perāt: hoc em̄ nō eſt vere ex charitate ſeip̄m amare: ſ ds vere ſeip̄m amat fm naturā rōnalem: vt velit ſibi ea bona q̄ p̄tinēt ad pfectionē rōnis: ꝛ hoc mō p̄cipue p charitatē p̄net diligere ſeip̄m. ¶ Quarto p̄cipaliter q̄ri pōt vtrū ex charitate diligendū ſit omne illud qḋ eſt iuxta nos: q̄ ad naturā eiuſdē ſpeciei nobiſcū cōplete exiſtens in ſpecie. ſ. ois hō ſiue bonus ſiue malus: p̄ſertim cū dr̄ Sap. xiij. Similr odio ſunt dō impius ꝛ impietas eius. Ad h dicit Rich. vbi. s. q̄ oñe illud qḋ eſt iuxta nos diligendū eſt int̄q̄s hō eſt: dilectione amicitie

optando sibi beatitudinem eternā: si nō fuerit obstinatus in malicia: qō dico propter antichristū: q̄ hoc modo nō erit diligēdus: sed eo mō diligendus est quo diabolus: vtiā dictū est. Vnde homo inq̄tum homo nō odit̄ a deo: sed sua impietas per se: t ipsemet p accidens ratione impietatis sue: si ergo dei inimicus non potest a charitate excludi: quāto minus inimicus ꝓprius: sicut plus est pōderanda iniuria diuina q̄ propria. Hinc dicit Bonauen. sup. iij. dist. xxx. q̄ charitas in homine vera nō est: nisi diligat omne diligibile: diligibile aūt a charitate est omne illud qō est possibile ad beatitudinē peruenire: t ideo nō habet aliquis charitatē nisi diligat omnes illos qui sunt in statu vie: siue sint amici siue inimici. Vnde in ps. dicitur: Latum mandatū tuum nimis: quia mandatū charitatis ad oīes se extendit: t sicut longitudo mandatū se extendit ad omnē differentiā temporis: sic latitudo ad omnē personā hois viatoris. Sciendū tm q̄ duplex est amoris affectus. Quidam est a charitate elicitus: scz quo qs optat alteri summū bonū siue beatitudinē eternā: t ad illū affectū omnes tenent tam erga inimicos q̄ erga amicos. Alius est amoris affectus a charitate impetus: quo scz optat quis alteri bonū temporale ꝓsperitatem transitoriā: t ad illū affectū con tenent ex necessitate: sed tantū ex perfectiōe: vt inimicos diligant: sed sufficit q̄ nō odiant t de eoz aduersitate nō gaudeant nisi forte ad aliq̄d bonū inde speratū. ¶ Quito principaliter queri potest: vtrū ex charitate sit diligendū omne illud qō est infra nos quo ad naturā scz corpus nostrum: presertim q̄ si corpus nostrū est diligibile ex charitate: eo q̄ seruit anie: per ꝫsequens etiā omnis alie creature que sunt infra nos essent diligibiles ex charitate: cū omnia creata seruiāt anie: inquātum per ea reduci pōt in dei cognitionē. fm apostolū dicentē Ro. j. Inuisibilia dei ac creatura mundi per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciūntur. Ad hoc rndet Bona. super. iij. dist. xxvij. Qō cū charitas sit pōdus inclinans ad summū bonū t perfectam beatitudinē: omne illud facit diligere qō est beatū t beatificabile: qz ergo cōtingit aliquid esse beatū triplicit̄ scz per essentiā sicut solus deus: t p primā influentiā sicut rōnalis spūs ac per quandā redundantiā sicut corpus būanum: in qō gaudiū glorie redūdat per ꝫiunctionē sui ad animā beatā. Hinc est q̄ oia ista sunt ex charitate diligenda fm prius t posterius: fm magis t minus sicq̄ pz q̄ charitas nō solū nos facit deū diligere t rōnalem spiritū ꝑ corpus. Verūtamen fm Rich. ibidem: alie creature irrationales ad nostrā essentiā nō ptinentes: sunt quidem ex charitate diligende: non tm dilectione amicitie ꝓprie loquendo: sed inq̄tum ex charitate volumus illas cōseruari ad honorē dei t vtilitatem hoim: quia ex charitate diligimus dilectione amicitie: sic enim t deus ex charitate creaturas illas diligit: iuxta illud Sapientie. xj. Diligis oia que sunt. Ad lau.

¶ De ordine charitatis respectu diligibiliū: ac de modo diligendi obiectū formale charitatis quod est summū bonū. ¶ Sermo xviij.

Honora patrem tuū t̄c. Post
h premissa videndū est de ordine charitatis respectu diligibiliū: ac de modo diligendi vnūquodq̄ diligibiliū: vt sic salubriter amans ad vnūquodq̄ diligibiliū ordinate moueri valeat: t dicat illud Cantic. ij. Introduxit me rex in cellā vinariā: ordinauit in me charitatem. ¶ Ad cuius euidentiā primo queri pōt: vtrū sit ordo in charitate respectu diligibiliū: sicut sentire videtur Augu. in li. de doct. christiana. c. vij. dicens. Inter diligibilia primo ordinati sumus ad illud quod est supra nos: deinde ad illud qō nos sumus: tertio ad illud quod est iuxta nos: t quarto ad illud quod est infra nos. Ad hoc respōdet Rich. super. iij. distin. xxx. q̄ ordo quidam est respectu diligibiliū: qz fm Augu. xj. de ciui. dei. t xiij. confes. Amor est pondus anime: sicut ergo corpora p sua pondera ordinate mouent ad loca sua: t ordinate in eis quiescunt: sic anima per charitatiuū amorem ordinate mouetur ad diligibilia: ita q̄ hic ordo est per ipsam charitatem inclinatiue: qz voluntatē inclinat ad diligibilia: fm q̄ plus t minus habz de bonitate ceteris paribus: cū enim non sit diligibile nisi bonū fm q̄ res plus habz de bonitate plus etiā habet de diligibilitate: in actibus aūt charitatis est ordo ille formaliter: ipi enim actus charitatis respectu diligibiliū ordinati sunt: t in hoc ordine diligibilium ipse deus quiescit summū bonū primariū obtinet: qz quelibet amicitia illū specialiter respicit in q̄ principaliter est illud bonū: super cuius cōiicationem fundatur amicitia: eo q̄ ipso principa-

liter dependet illa cõicatio: sz amicitia charitatis fundat sup eternã beatitudinẽ q̃ i deo ẽ p essentiã: in nullo aũt alio ẽ nisi p participationem dei ci cõe z sentiale bonũ ẽ: a q̃ solo dependet cõicatio beatitudinis eterne: z cõsequenter et charitate diligend⁹ ẽ. ¶ Secõo ꝓ q̃ pt vtq; igit deꝰ ꝓpter se z sup oia diligẽd⁹ est: p̃ seruz cũ illõ qd diligẽdũ ẽ ꝓpter mercedẽ: nõ ẽ ꝓpt se z sup oia diligenduz q: fm p̃m. j. Posteꝝ Illud ꝓpter amauim⁹ aliõ magis ẽ amatuz: sed deꝰ diligend⁹ ẽ z sibi fruẽdũ ẽ ꝓpter mercedẽ. Hinc p̃s. dicebat in sui ꝯmendationem. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iust: fructus i eternũ ꝓpter retributionẽ. Ad h̃ rñdet Rich. vbi. s. q deꝰ diligẽd⁹ ẽ ꝓpt se et sup oia: q: dicit Aug. de doc. chr̃ia: q deꝰ ꝓpt seip̃m et amplius boie diligẽd⁹ ẽ: in q̃ satis dat intelligi q sit sup oia diligẽd⁹ h̃ enã innuit dñs Lu. xiij. vbi dic̃. Si q̃s venit ad me z nõ odit patrẽ suum et ma. et vxo. et fil'. et frẽs et so. adhuc ãt et aiaz suã n̄ ꝓt me⁹ ee discipul⁹: sz oia q̃ inq̃: rum elongãt a deo ꝓpt deũ odiẽda sũt: min⁹ sũt diligẽda q̃ deꝰ q̃ deꝰ pl⁹ ẽ diligẽd⁹ q̃ oia p̃dicta ac p ꝯns sup oia. Hui⁹ aũt rõ ẽ: q: q̃ cũ res hz de bonitate tm̃ hz de diligibilitate: cũ nihil sit diligendũ nisi bonũ: sz bonitas dei trãscẽdit i infinitũ bonitatẽ tot⁹ creature: q̃ pl⁹ q̃ tota creatura diligẽd⁹ ẽ: vñ dic̃ ibidẽ Bonauẽ. q fm ordinẽ charitatis deꝰ etiã p̃ponẽ d⁹ ẽ nob̃ intm̃ vt amor respectu nr̄i: nec eq̃ri posset: nec opponi amori dei. salua subalternatione charitatis. cui⁹ rõ ẽ q: charitas facit deũ diligi tãq̃ finẽ vltimũ et tãq̃ sũmũ bonũ: et q: finis vltim⁹ ẽ vn⁹ sol⁹ et sũmũ bonũ: sic nõ hz aliud supius se vt sibi eq̃le. Dic ẽ q fz charitatis legẽ ipossibile ẽ aliq̃d pl⁹ deo vel eq̃liter ipi deo amare. charitas ei q: diligit deum sic summũ diligit deũ sup oia. et q: diligit ipm sic finẽ vltimũ: diligit cũ ꝓpter se: qd ãt diligit ꝓpter se et sup oia: diligit dilectiõe frutiõnis: qd ꝓ ꝓpter aliõ diligit dilectiõe vsus: q̃ cũ charitatis sit oia ad deũ tãq̃ ad finẽ vltimũ referre: sic põderis ẽ corp⁹ ad locũ ꝓprium inclinare. hinc est q charitas facit nos deũ pl⁹ q̃ nosmetipsos diligere: Ad obiectũ igitur q deus ꝓpter mercede diligend⁹ ẽ. rñdet Rich. ibidẽ. q deum diligi ꝓpter mercedẽ mpliciter accipi põt. Uno modo p mercede increata q deꝰ est de q̃ dicit Gen. xv. Noli timere abrã ego ꝓtector. tuus sũ: z merces tua magna nimis. et tales sunt boni mercennarij de q̃bꝫ dz Lu. xv. Quãti mercẽnarij in domo p̃ris mei abũdant panib⁹. vbi dicit glo. q future mercedis intuitu digna opari satagũt: q̃tidianis supne gr̃e reficiũt alimẽtis. Alio mõ ꝓ mercedẽ creata q̃ m̃ nobilioz ẽ q̃ mor⁹ charitatis vicuiusmõi merces ẽ clara dei visio et ei⁹ pfecta fruitio: et sic ẽt deꝰ diligi põt et charitate ꝓpt mercedẽ sic ꝓpter finẽ. nõ in q̃ q̃scit q ꝓpria finis vltim⁹ ẽ et bonũ increatũ. sz q ẽ ipa q̃s q̃ vltim⁹ finis nõ ẽ q̃tus sit in fine vltimo. Tertio mõ ꝓ mercede tpali: z sic deꝰ nõ ẽ diligẽdus ꝓpter mercedẽ sic ꝓpter finẽ: q: res omnis tpalis ẽ min⁹ digna q̃ mor⁹ charitatis: põt tm̃ diligi ꝓpter mercedẽ sic ꝓpt aliq̃d coadiuuãs ad motũ dilectiõis: sic distribuno q̃dianas p̃ ee coadiuuãs ad h̃ vt canonic⁹ vadat ad eccl̃iã: nõ tm̃ ee dz rõ ꝓncipal'. Tho. sc̃da sc̃de. q. xxvj. dicit: q hõ nõ solũ amicitia charitatis que fundat sup cõicatiõe donoꝝ gr̃e et glie deũ diligere dz sup oia z pl⁹ q̃ seip̃m: eo q bitudo in deo ẽ sicut in cõi z fõtali oim ꝓncipio: q bitudinẽ ꝓcipare p̃r: sz etiã amore naturali diligit q̃s deũ sup oia z pl⁹ q̃ se. q: ab eo natur̃ bonũ accipim⁹. nã sup cõicatiõe bonoꝝ naturaliũ neb̃ a deo fcta fũdat amor naturalis: q̃ nõ solũ hõ in sue nature integritate diligit deũ sup oia etiã plus q̃ seip̃m: sz q̃libet creatura suo mõ. t. vt intellectualis vt angelus: vel rõnalis vt hõ vel irrõnalis vt bruta aialia: vt saltẽ amore naturali sic lapides z alia q̃ cognitiõe carẽt: q: vnaq̃q ps pl⁹ amat naturaliter cõe bonũ totius q̃ priculare bonũ ꝓpriũ: qd manifestat ex ope: q̃libz em̃ ps inclinatio nẽ hz ꝓncipalẽ ad actionẽ cõmunẽ z vtilitatẽ totius: apparet etiã h̃ in polit. Unusquisq; fm q̃s ciues p cõi bono dispẽdiũ ꝓpriaq; res z personaq; interdũ sustinẽt. ¶ Terno pnde q̃ ri p̃t ꝺ̃ ꝓcepto diuine dilectiõis: ꝺ̃ q̃ dz Matt. xxij. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: vtrũ sz teneamur ad illũ modũ diligẽdi quẽ ibidẽ dñs exp̃mit cũ h̃ ꝓceptũ fragilitatem humana penit⁹ illaqueaũ videat dicẽte dño Dauid. xix. Si vis ad vitã ingredi fua mãdata. Istud em̃ est mãdatũ magnũ z p̃cipuũ oim mandatoꝝ ad cui⁹ observationẽ hõ maxime videt obligari: qꝺ m̃ obstuare videt impossibile. sic impossibile ẽ aliq̃d mouere sit z semel i oppositus motib⁹: ata aũt nr̄a q̃ diu in carne est reflexuz hz ad corp⁹: q: corp⁹ qꝺ corrumpit aggranat aiaz z sic in mortali vita totaliter in deũ ferri non põt. nec p ꝯns ex toto corde diligere. Ad h̃ rñdet Bonauẽ. sup. iij. di. xxvij. q cũ aliq̃ dicũt doctores hunc mo

totalitas
Precepti
mo in Il..
Signatum

dum dilectionis impleri posse aliqñ ꝙ ꝯo ipleri nō posse ex hoc admonemur ꝙ vno mō ad dictū dilectiōis modū obligamur iplēdū: alio mō excitamur ad ipm desiderandū. Pro q̄ sciendū ꝙ dupl̄r intelligi pt ꝙ hō totū cor possideat vt et toto corde deū diligat aut ita ꝙ excludat omnē affectū extraneū. et tūc plene ac perfecte cordi dñat. hoc aūt ē qñ ois motꝰ cordis refert in deū. et sic ois totalitas cordis ponit plenū dñium: aut amor dei ot totū cor possidere. ita ꝙ nō excludat oēm affectū extraneū sz tm affectū oppositū ipi deo. hoc ē ꝙ nihil diligat sup̄a deū vel eqle deo. et sic diligit deus et toto corde ꝙ diligit eū ꝓpter se et sup oia. Pria totalitas haberi nō pt añ adeptiōz glorie vbi ad ipm dei aspiciemꝰ et in ipm cōtinue feremur et tō modꝰ ille diligēdi nō obligat viatores ad sui ipletionē: sz exprimit in p̄cepto vt sciamꝰ ꝙ p amorē tēdere debeamus et vt nemo pfectū se arbitret ꝙusq̄ pfectionē illā assecutꝰ fuerit. Et si q̄rit cur illo p̄cepto magis exprimit ꝙ tēdere debeamꝰ q̄m in alijs p̄ceptis: Rñderi pt ꝙ plenitudo legis ē dilectio. et finis p̄cepti ē charitas. mādatūq̄ dilectiōis ē primū et maximū diuinū testimoniuz tō disposuit spūs sanctꝰ circa ipm exprimere perfectionē et cōpiemēti: ad qō singula bona et mādata ordināt magis q̄m in aliq̄ p̄ceptoz. Secūda ꝯo totalitas haberi pt p infusionē gr̄e q̄ ē expulsiua ois mortalis culpe. sic enim fm Tho. vbi. s. q. xliij. Totū cor hois etsi nō actu sp ferat in deū habitualit tñ sp in deū ferri pt: ita ꝙ nihil ꝫ dei dilectionē cor hominis recipiat et hec ē pfecto vita cui peccatū veniale nō cōtrariatur q: non tollit habitū charitatis cum nō tendat in oppositū obiectum sed solū impedit charitatis vsū. ¶ Quarto q̄ri pt vtrū diuine dilectionis sit alicꝫs modꝰ habēdus. p̄sertim cū ratio boni cōsistat in mō specie et ordine. vt patet p Augustin. in li. de natura boni sed dilectio dei est optimū in homine fm illud Colo. iij. super oia charitatē habentes: Hinc Augu. q̄rit in lib. de moribꝰ eccl̄ie. Dic mihi quesoo te quis sit diligendi modus: vereor enim ne plus minusue q̄m oportet in flammet desiderio et amore dñi mei frustra vero quereret modū si nō essz alicꝫs diuine dilectionis modus. Ad hoc respōdet Tho: sed sc̄de q. xxvij. q̄ modus importat quandam mensure determinationem que determinatio repit tam in mensura q̄m in mensurato. sed aliter et aliter. In mensura cū vnuq̄q; sit essentialiter

quia mensura fm seipsam ē determinata et modicamina aliox in mēsuratis aūt inueniuntur mēsura fm aliud: id ē mēsurū attingūt mensurā: et iō in mēsura nihil accipit pōt imodificatū se res mēsurata nō est modificata nisi mēsurā attingat siue deficiat siue excedat. In oibꝰ sꝯtur appetibilibus et agibilibꝰ mēsura est finis: qz eox que appetimꝰ et agimꝰ oportet accipere rationē ꝓpriā ex fine vt p̄z. in. ij. phisicox: et ideo finis fm seipm hz modū: ea ꝯo que sunt ad finē habēt modū ex eo ꝙ fini sunt ꝓportionata. Et iō sicut dicit p̄bus in primo Polit̄. Appetibilꝰ finis i oibꝰ artibꝰ ē absq̄ fine et termino: eox aūt que sūt ad finē ē aliqs terminꝰ exēpli gr̄a: Medicus nō imponit aliquē terminū sanitati: sed facit eā perfectā q̄tūcunq̄ pōt: medicine ꝯo terminū ponit: q; nō dat tm de medicina quantum pōt: sed fm ꝓportionē ad sanitatem: quā si excederet vl ab ea deficeret esset immoderata: sic finis omniū actionū et affectionum hūanarū est dei dilectio: ad q̄z omnes ordinant que debite ordināt: q: p eā maxime vltimum finē attingimꝰ: et ideo in dilectione dei modus accipi nō potest sicut i rebus mensurata vt sit in ea accipere plus et minꝰ. sed sicut inuenitur modus in mensura in qua non potest esse excessus: sed quāto plus attingitur regula tāto melius est. et ita quāto deꝰ plus diligitur tanto est dilectio melior: modꝰ ergo diligēdi deum est sine modo diligere: fm Bern̄. in li. de diligendo deum: cū inquit. Dilectio q̄ tendit in deum tendat et in infinitum nam et infinitus est deus et immēsus quisnā queso debeat esse finis nostri vel modus amoris. amat immensitas: amat eternitas: amat supereminens sciēcie charitas. amat deus cuius magnitudinis non est finis: cuiꝰ sapientie non est numerus: cuius pax exuperat omnē intellectum: et vicē repēdimus cū mēsura: vide nunc quo modo. imo q̄m sine mō deus a nobis amari meruerit: qui prior dilexit tantus ac tantum et gratis tantillos ac tales. hec ille inter alia. ¶ Quinto queri pōt quō intelligat illud p̄ceptū Deut. vj: Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo tē. Ad hoc respondz Tho. ibidem. q. xliij. inter alia: ꝙ in Marco: et in Luca ponunt quatuor tradita i hoc p̄cepto: in Deut. vero et Matt. ponunt tria: sz ꝙus alicubi vnum diminut: hoc contigit ꝙ illud ex alijs intelligitur: quatuor igitur sunt de ratione huius p̄cepti. Pro quo sciendū ꝙ dilectio est actus voluntatis que signat hic p

cor: q; sicut cor corporale principiū est omniū corporaliū motuū: ita t voluntas t maxime q̄tum ad intentionē finis vltimi: qđ est obiectū charitatis: est principiū oim spūaliū motuum: ita sunt aūt principia actuū que mouent a volūtate: scz intellectus qui signat per mentē: vis appetitiua inferior q̄ signat p animā: t vis executiua exterior q̄ signat per formudinē seu virtutē seu vires. Primo igit̄ p̄cipit deus diligi ex toto corde: id est ex tota volūtate: vt scz per charitatē volūtas totaliter ferat in deū: hoc eni est ex toto corde diligere. Qđ si querit an deus totaliter diligi p̄or: dicendū q̄ b triplicitер intelligi p̄or: Primo vt modus totaliter ans referat ad rem dilectā: t sic deus totaliter est diligendus: q; totū qđ ad deū pertinet diligi debz: siue sit multa siue misericordia Secundo vt totalitas ad diligentē referat: t sic etiā deus totaliter diligi debet: vt nō remaneat in corde locus amore dei vacuus: quo intret amor inordinatus: sed oia referant in deū vt cuius bonor: t beneplacitū in omnibus p̄ponat. Tertio p̄or intelligi totalitas fm cōparationē diligēntis ad rem dilectā: vt scz mordū diligentis adequet mō rei dilecte: t hoc esse non p̄or: cū eni vnūqđq; sit intantū diligibile inquātum est bonū. Deus cuius bonitas est infinita: est infinite diligibilis: nulla aūt creatura potest deū infinite diligere: q; oīnis virtus creature siue naturalis siue infusa est finita. Hinc hortat Hugo dicēs. Quantū potes tantum diliges: possibilitas tua erit mensura tua q̄: o plus amas tanto plus habes: t quanto plus habes tanto felicior es. Extendere ergo t dilatare q̄tum potes: vt totū impleat qđ intus est: noli timere quasi deficere debeat ille sinimis capax fueris: si vas nō deficit oleū sufficit: cor tuū vas est: amor illius oleū est q̄: diu vas habes: ille infundere non cessat: hec ille.

¶ Secūdo p̄cipit diligi ex tota mente: id est intellectu: vt scz moueat ad assentiendū his q̄ sunt fidei t ad me meditandū de deo dilecto: q; vbi cor ibi oculus tam exterior q̄ interior. Tertio p̄cipit diligi ex tota anima: id est ex vi appetitiua inferiori vt se p̄formet parti superiori: q; sicut spera superior motu suo mouet inferiores: sic etiā volūtas mouet appetitū sensitiuū: vt habet .iij. de aia t hoc p vim amoris p̄cipue diuini: mouētis efficaciter ipsaz volūtatem: qua desipere facit carnalia t ardua reddit suauia. Quarto p̄cipit diligi ex tota virtute vel fortitudine: id est vi executiua exteriori: qua scz actus noster exterior obediat deo ad operandū ex dilectiōe: nec prosperis cedens nec aduersis: sed fideliter cū apostolo clamitans. Oia possum in eo qui me cōfortat: t aggrediar dura t sustinere grauia. Ad laudē dei.

¶ De modo t ordine charitatis respectu diligibiliū boni cōmutabilis

¶ Sermo xix.

Onora patrem tuū t c. Viso de p̄cepto t modo diligendi bonum incōmutabile: in p̄senti sermōe videndū est de modo t ordine diligendi bonuz cōmutabile. De quo primo quem potest: vtr ordo charitatis respectu diligibiliū boni commutabilis cadat sub p̄cepto: p̄sertim cū ea que sub p̄cepto cadunt: nobis sufficienter in sacra scriptura tradita sunt: sed ordo charitatis respectu diligibiliū inter creaturas nusq̄ in sacra scriptura reperit positus. ¶ Ad hoc rñdet Tho. scđa scđe. q. xlv. q̄ modus qui p̄tinet ad rationē virtuosi actus cadit sub p̄cepto qđ datur de actu virtutis: ordo aūt charitatis pertinet ad dilectionē ipsius virtutis: cū accipiatur fm p̄oportionē dilectionis ad diligibile. Rursum cum fm phūm in .v. Ethic. phy. Prius t posterius dicit fm relationem ad aliqđ principiū: oportet necessario q̄ vbi cunq; est aliqđ principiū. sic etiā aliquis ordo dictū est aūt in sermone p̄cedenti: q̄ dilectio charitatis tendit in deū: sicut in principiū beatitudinis: in cuius cōmunicatione charitatis amicitia fundat: t ideo oportet q̄ in his q̄ ex charitate diligunt: attendat aliquis ordo fm relationē ad primū principiū huius dilectiōis qđ est deus ex quib⁹ manifeste p̄z: q̄ ordo charitatis sub p̄cepto cadere debet. Preterea omne illud qđ deus facit in nobis p̄ gratiā: instituit p legis p̄cepta: fm illud Hiere. xxxj. Dabo legez meā in cordib⁹ eor: sed deus causat in nobis ordinē charitatis: fm illud Cant. ij. Ordinauit in me charitatem. Ad illud igitur qđ obiicitur dicendū: q̄ ordo diligendor; in sacra scriptura tanq̄ exp̄imit: cū enim mandat vt ds diligat p̄imū sicut seipm: tanq̄ dat intelligi q̄ dilectio suiipsius p̄ferri debz dilectiōi primi. sic etiā mandat .j. Joh. iij. q̄ pro fratrib⁹ animā: id est vitā corporalē p̄onere debemus dat intelligi q̄ primi saluti plus diligere debemus q̄m corpus xp̄i. Rursus cū mandat ad Gal. vj. q̄ operemur bonū maxie ad dōesticos

fidei: datur intelligi q̄ inter primos ceteris paribus meliores magis diligere debemus. Similiter cū.j.ad Timo.v. Utiq; erat q̄ nō hz curā suoz z maxie domesticoz: dat intelligi q̄ ꝓpinquiores magꝭ diligere debemus: z si primi diligendi sunt: ꝓñs est q̄ magis primi magis sunt diligendi: inter hec aūt diligibilia deus vt ꝑactū est sup oia diligēdus ē. qđ ipse xp̄s patenter innuit Luce.xiij.dicens. Si qs venit ad me z nō odit patrē z matrē z vxo. z fil. z fra. z so. adhuc aūt z a.s. nō pōt meus esse discipulus. ¶ Scđo q̄ri pot: vtrū fm ordinē charitatꝭ hō plus debeat diligere seipz q̄ primū: z videt q̄ nō: q; charitas nos facit cōformare voluntatē nostrā volūtati diuine: f deus nō magis diligit nos q̄ primos: f magis diligit primos nobis meliores: cuius dilectioni nos ꝓformare debem⁹. Preterea deus vult q̄ magꝭ desideremus honorē suū q̄ cōmodū nr̄m: vult etiā q̄ magꝭ amemus z appetamur qđ magis est amandū z appetendū: f salus pluriū aiaꝝ magis facit ad honorē di z magis appetendū est q̄ salus vnius anie nostre Hinc videt dicere apl's Heb.ix. optabā ego ipse anathema esse a xp̄o ꝓ fratribz meis. Ad hoc rñdet Bona. sup.iij: di.xxix. q̄ fm ordinē charitatis amor salutis ꝓxie ꝓponendus est amori salutis alterius: alioq̄n vt dicit Eccī.xiij Qui sibi nequā ē cui bon⁹ erit. Dictat etiā h̄ iudiciū recte rōnis z instructio nature: nā sicut natura appetit suā ꝓseruationē: sic charitas suā pfectionē: f natura magis appetit ꝓseruationē sui in se q̄ in suo simili: sic ꝓ ꝓñs z charitas nā vnūq̄q; q̄ plus appetit pfectionē in seipo q̄ in suo simili: z q̄dlibet pondus plus trahit corp⁹ in q̄ est ad situ sibi debitū q̄ trahit ad corpus sibi annexū. Hinc est q̄ charitas ꝑ⁹ appetit deū vniri nobis z in nobis habitare: nosq; in ipm deū tendere: ac in ipo q̄escere q̄ appetat in aliq̄ alio q̄ nobiscū hz aliquā similitudinē. Ad obiectū q̄ dicendū fm Rich. ibidē: q̄ magnitudo actꝰ diligēdi ex charitate nō mn̄ pensat fm magnitudinē boni diligibilis: f cū hoc etiā fm promptitatē diligēdis ad diligibilitatē: q; actus charitatis nō tm̄ est ab habitu charitatis: sed etiā a ꝓmte diligēdis q̄ est volūtas: Sicle eni actus elicit a volūtate ꝑ charitatē: sicut aūt ignis naturalis vt ignis ignis fortius agit ceteris paribz respectu obiecti primi q̄ remoti: sic volūtas fortius mouet ad diligendū ceteris paribz rem diligēdi primiorē. Facienda est q̄ cōparatio bonitatis diligibilis primario ni ad diligentez: z si bonitas vnius diligibilis plus excedat bonitatē alterius diligibilis q̄ ꝓportionaliter diligibilis min⁹ boni ad diligentē excedat ꝓportionalitē magꝭ boni ad eū: sic min⁹ diligentē: tūc ille diligēs magꝭ diligere debet bonū hz: si aūt est ecōtrario magis hz diligere min⁹ bonū: z q; nullius primi bonitas tm̄ excedit bonitatē diligētis et charitate q̄ primitas diligēdi ad seipz excedit ꝓportionalitē sui primi ad eū: nō debz hō et charitate magꝭ diligere seipm minus bonū q̄ quē cūq; aliū primū magꝭ bonū: verūm q; diuina bonitas ꝓter infinitatē sui plus excedit bonitatē hois diligētis et charitate q̄ ꝓportionalitate hois ad seipm excedit ꝓportionalitē hō ad eū: ideo magꝭ hz hō diligere deū q̄ seipm Addit etiā Bona. q̄ sic essentiale est nature appetere esse: sic etiā ē essentiale gr̄e appetere deo cōplacere z hō adherere: z io de⁹ nimiꝭ a nobis exigit vt magꝭ salutē alienā q̄ ꝓpriam diligam⁹. Hinc dic in euāgelio. Quid ꝑdest hoi si vniuersus mūdū lucret. aie ꝓ suo detrimentū patiat. Qđ aūt apl's dicit Optare se anathema a xp̄o ꝓ fratribz intelligit ad tps z sub ꝓditōe. s. si optabile esset. ¶ Tertio q̄ri pōt: vtrū ꝑ⁹ hō diligere hz primū q̄ corpus ppriū: ꝑsertim cū plus diligendū ē videtur illō sine q̄ nō pōt qs esse pfecte beatus: q̄ illō sine q̄ pōt esse pfecte beatus: f ania nō pōt esse pfecte beata etiā beatitudine essentiali sine ppio corpe: q; dicit Aug. xij. sup Geñ. Inest aie nāli appetꝰ corp⁹ administrādi: q̄ appetit⁹ q̄dammō retardat ne tota intentiōe ꝑgat i illō summū celū q̄ du nō subest corp⁹: cuius administratiōe appetimus ille q̄escat: sicut eni vnaquęq; res ꝓseruationē ꝓprie essentie naturaliē desiderat: sic z hō cuius eēntia ex aia z corpe dinoscit ꝓstituta. Ad h̄ rñdet Tho. sc̄ cūda scđe. q. xxvj. q̄ illud ē magꝭ ex charitate diligendū qđ hz plenioré rōnem diligibilis ex charitate: ꝓsociano q̄ in plena ꝓcipatiōe beatitudinis: q̄ est rō diligendi primū: est maior rō diligēdi q̄ ꝓcipatio beatitudinis ꝑ redūdantiā q̄ est rō diligēdi ppriū corp⁹: z addu Rich. vbi.s.dicēs. Qđ primꝰ q̄ ad aiaꝝ plus ē diligēdus: q; bonitas aie primi plus excedit bonitatē corpis nr̄i: eo q̄ directe ē capax dei ꝑ cognitionē z amorē: qđ corpi nr̄o nō ꝓuenit q̄ ꝓportionalitas corpoꝝ respectu anie nō ꝓuenit: vb

in ozdine debito videndũ est de absolutione sententie quã quis incurrit vigoze illius canonis: si quis suadente diabolo. xvij. q. iij. quis sez absoluere potest injcientem manũ violentam in clericum vel religiosum. ¶ Ad hoc respondet Zasp. de calõ. in. c. j. qui cle. vel mo. q̃ de papa nulli dubiuz est quin absoluit excõmunicatum pzo quacunq̃ iniectione manuũ in clericum: vt dicit tex. in isto canone: ꝛ sicut ꝟ potest p se sic ꝛ per alium habentem speciale mandatũ ad hoc fm Vin. legatus etiam a latere pape. fm veriozẽ opinionem etiam in enozmi absoluere potest. Et dicit Joh. an. q̃ vidit aliquos legatos de latere absoluere ꝛ aliquos abstinere: sibi tamen placet q̃ absoluere possit: quia vices pape egerit vt de sen. ex. c. ad eminentiã: ꝛ de offi. delega. c. excõmunicatus: legatus tamen de latere dũmodo sit cardinalis capientem se nõ potest absoluere: quez nullus pretercꝫ papa absoluere põt: excepto mozris periculo: vt in c. felicis. §. presenti de penis. li. vj. Episcopus autem se capientem absoluere non potest sed solus papa: pretercꝫ in mozris articulo: vt in cle. si quis de penis: nec etiam alium absoluere potest in atroci graui siue enozmi sine pape mandato: vt hic: nisi quãdo papa non põt adiri: vt in. c. eos. de sen. ex. lib. vj. in mediocri vero priuilegiatos absoluere potest: de quibz videbitur infra. In leui denicꝫ absolut omẽs hec ille. Ad cuius euidentiam sciendũ: q̃ enozmis aut grauis excessus vel iniuria dicit si peruenitur ad effusionem sanguinis illius membri ex quo de facili exire non ꝟsueuit: si oculus effodiatur: si vulneretur: si fustibus cedatur: nõ tamẽ sileus actus vel unguis aut virge percussione sanguis exierit transire pfitemur in atrocem iniuriam: sed circa hoc nõ solum ipsum factum sed etiam facti qualitas percutiendi ꝛ iniuriandi modus diligentius attendatur: ꝛ ex circumstantia loci: temporis ꝛ persone que sit leuis mediocris ac grauis vel enozmis iniuria manifestius cognoscatur vt si facta est in atrio: foro coram iudice vel prelato coz̃ multis in ecclesia vel loco publico: in cimiterio: dozmitozio: vel si facta est magistratui: iudici magistro. domino: prelato: patri: patrono aut in dignitate cõstituto: ꝛ hoc ab aliquo inferiori ꝟra normã iuris ꝛc. vnde dicunt Inno. Hostien. ꝛ Joh. an. q̃ quando lesio dicatur grauis vel enozmis: arbitrio iudicis cõmittitur. Idem Specu. preter tamen homicidiũ ꝛ membri mutilationẽ: ti. ij. §. nunc dicamus. Dicitur etiã crimen seuum: quia sine graui scãdolo tolerari nõ potest: vt de sen. ex. c. illoz ꝛ maxime quãdo debetur pena corporalis fm legem: ꝛ quod notat Joh. an. de renun. ca. nisi cum pridem: super glo. ex loco isto vbi enumerat. xviij. crimina que dicuntur grauia. Leuis aũt iniuria cõmittitur modica percussiõe vel impulsione pugne manus pal-

medigin: baculi vel lapidis ictu q̄ ad liuorē vel mutilationē membri: fractionem. dentis di lapidationē capillor̄ nō modicā vel sanguinis effusionē non p̄cedit. ¶ Mediocris iniuria est si par parē p̄cutit p̄cō ictu ex deliberatiōe z cōsurgit: in fine mutilatiōe z enormi vulnerratione aut sanguinis effusiōe iudicio discreti viri. Et nota generaliter q̄ excōicato p̄ leui iniuria manus violente in clericū vel religiosum absolui potest ab ep̄o qz h̄ iam redactū ē ad ius cōe: ex. c. pueni. eo. ti. vbi subdit de his absoluēdis q̄ clericis non enormē sed modicā z leuē iniuriā irrogant: cui fraternitatis arbitrio duximus cōmittendū. Et in glo. z. c. religioso eo. ti. li. vj. ¶ Secūdo sciendū q̄ sunt diuersi casus in quib⁹ taliter excōicati cura sedem ap̄licam absolui p̄nt: non solum de mediocrib⁹ sed etiā q̄nq; de enormib⁹ excessib⁹. Primus ḡ casus ē piculū vel articulus mortis q̄ sp exceptus: vt di. c. si quis suadente: z de sen. excō. c. nō dubium talis enim z a simplici sacerdote potest absolui: vt ibi. est tamen illi iniungendum q̄ si mortē euaserit sedi apostolice se repr̄esentet: vl̄ei qui possit eum absoluere mandatum illius sup hoc recepturus. Idem etiā de alijs casib⁹ sequētibus est intelligendum vt remoto impedimento p̄pter quod absolui poterant se supr̄ mortī repr̄esentent: vt de sen. excō. ca. decetero c. ea nosc̄itur: z c. q̄rtus: q̄ si cessante impedimento se non p̄r̄esentauerit. in eandē sententiam incidunt: vt eo. ti. li. vj. ca. eos. z hoc verificatur p̄terq; in puero: vt de sen. excō. ca. j. z vlt. in tex. z glo. siue se postulent absolui ante pubertatem siue post. Et dicuntur pueri fm aliquos masculi minores. xiij. annis: z femelle minores. xij. quod videtur p̄robabilius q̄tum ad hunc casum: quia licet in minoribus annis dolicapaces videantur: tamen in punitione parcitur etati: vt extra de delic. puero p totū. ¶ Ad maiorem tñ euidentiam d̄ci in di. c. eos qui a fnia canonis vl̄ hominis cum ad illū a q̄ absolue iure fuerunt absoluendi nequeunt p̄pter imminentis mortis articulum aut aliud impedimentū leguntur p̄o absolutionis beneficio habere recursum ab alio absoluuntur: si cessante postea periculo vel impedimento hmōi se illi a quo bis cessantibus absolui debebant q̄rto quo comode poterunt contempserint p̄r̄esentare mandatum illius super illis p quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi z satisfacturi p ut iustitia suadebit: decreuimus ne censure illudantur ecclesiastice in eandem sententiam recedere ipso iure. Et fm Jo. an. in nouel. loquitur de impedimento r̄ep̄oralī: vt dicto. ca. q̄rtus: vbi plane de hoc. Et addit Archid. q̄ nec p̄ mortis piculo nec alio impedimēto debet excōicatus absolui ab alio q̄ ab excōicatore vel absoluendi p̄rātē habēte si posset ad eum haberi recursus. Addit insuper Hein. hoyc. c. q̄ de his: co. ti. q̄ ds d̄r constitutus in mortis articulo nedum ex graui infirmitate p̄r̄oueniente: sed etiam si hostem timeat capitalem: vt si sit obsessus vel obsideatur in loco in quo machine frequēt̄ iaciunt z baliste: vel sit nauigaturus longo z piculoso nauigio: vel transitur⁹ p̄ loca insidiosa z piculosa vt timet p̄redonē aut crudelitatē p̄orētis fm Jnno. z Host. z. ff. de do. cau. mor. l. iij. z. iij. caueat tñ absoluens ne nimis laxet habenas. Et nota q̄ habens iustas excusationes quibus ab ut̄ nere rationabiliter excusatur p̄pter leguntur impedimentum non debet absolui ab huiusmodi excommunicatione: nisi r̄ecepto iuramento fm morem ecclesie p̄r̄out habetur: eo. ti. c. ex tenore z. c. q̄rtus in. fi. Jnsuper illi sub iuramenti debito iniungendum est vt q̄ciens opportunitatem habuerit romanum pontificem: vel illum qui potestatem habet eū absoluendi adeat: mandatum eius suscepturus z paritur⁹: vt eo. ti. cap. decetero. P̄reterea in dicto. cap. eos. lib. vj. §. statuimus: dicit papa de absolutis a sede apostolica vel legatis quibus iniungitur quod alicuius conspectui se p̄r̄esentare debeant: si hoc non faciunt cum p̄r̄imo comode poterunt: ipso iure eandem sententiam incidunt. Sed fm. Jo. monalō. hoc intelligitur de sentētijs homis non iuris z addit q̄ papa vel legatus non absoluit ab illis de stilo curie: sed remittit ad suum excōmunicatorem cuius causam ostendit Jo. an. in nouel. dicēs quod in curia romana vel in curijs legator̄um circunstantie que in imponendis penitētijs sunt ponderāde vt in satisfactione arbitrande: non facile sciri possunt: ideo solēt tales remitti super his ad ordinarios vel alios qui sunt in partibus quos adire non curabant nisi hoc fuisset sic p̄rouisum. ¶ Secūdus ḡ casus est de regularibus: qui p̄r̄ecipue tangitur: eo. ti. in. cap. cum illor̄ū. §. nos tamen: sup quo dicit Hein. hoyc. q̄ si regularis iniecu manus violentas in ep̄m: abbatem

vel aliū plātum superiorem: non potest absolui extra sedē apl'cā: et hic ē p:opter scādalū vt dicitur in textu: nā fm leges tale ō licitū capite puniendū ē. vt. ff. de re mili. l. oīne delictū: fm Hosti. et Jo. an. et idē est si sit in p:iorē locum abbatis tenētē: vt de maio. et obe. c. cum in ecclesijs: et p hoc videt solui de monacho q̄ absente abbate p cussit vicariū quē abbas dimisit i claustro. Si vero manus iniecit alīū claustralem fm Jo. an. vel in aliū clericū secularē vel religiosū z excelsus est enor:mis: tūc similit absoluēdus est a papa: vt hic in textu: siue factū sit ante ingressum ordinis siue post. Si ꝙ nō est excessus enor:mis et ante religionis ingressū cōmissus: tūc p plarū suū regularē absolui potest vt hic quod cōcedit non solū abbatibꝫ ēnā pōrib⁹ et alijs q̄ cūq religionū plātis: qō ēnā extēditur ad tēplarios et hospitalarios ac similes q̄ magistros laicos habēt fm Joh. calō. in. c. canonica eo. ti. nam qua ex regula eis oīes illi⁹ ordinis obedire debent: ideo possunt excōmunicare et ab excōmunicatiōe eos absoluere: et hoc iudicialit licet nō penitēnaliter fm Alex. z Tho. sup. iiij. xvij. di. et idē Goff. in. c. porro. eo. ti. q̄ dicit qō talis plātus laic⁹ absoluit hoc casu: cū hoc sit p̄uilegiū oim cōmuniter viuētiū: vt de vi. et bone: cleri. c. qm̄. Nec obstat q̄ sit laicus q: absoluere et excōmunicare ē iurisdictionis: vt de elec. c. trāmissam: et ideo cadūt i laicos: vt. xxij. di. c. vez: fm Jo. calō q̄ si post ingressū religiōis canonē incidit per iectionē man⁹ i religiosū eiusdē monasterij: nec est excess⁹ enor:mis: tūc absolui debz per pp:iū plātū: vt i dicto. §. nos tamē. ℣. si ꝙ claustrales: et eo. ti. c. monachi. Si vero in monachū alteri⁹ monasterij tunc locū habet. §. si vero claustralis: in dicto. c. cū illoz scz q̄ per plātū p:opium et illius religiosi qui passus ē iuriā absolui debet etiā si extra loca monasterij se percusserit vt tenet Abbas: cui satis cōco. Jo. an. De modo tamē absoluēdi dicit Hosti. q̄ q̄ndo duo abbates absoluere debent: sic fiet: abbas pcurrēns iuramētū a pcurrēte recipiet q̄ deceter o caucbit: z abbas percussi pcurrentē verberabit: que verbera erūt loco satisfactionis: q: monachus nō habet vnde satisfaciat: eidemū abbas pp:ius eū absoluet: z gruentius tamē fieret si vnus alteri to

tum cōmitteret: vt extra de offi. or:. c. fi. Et nota generaliter fm Hosti. i dicto. §. nos tamē: q̄ vbi supio: plātus religiosi non est sacerdos: vel est excōmunicat⁹ vt mo:tu⁹ aut alias q̄liter cūq defecit: in eo casu i q̄ cessante ipedimēto posset absoluere: talis plātus in ip⁹ defectu semp est ac pp:iū dioc. recurrēdum: vt patet eo. n. c. monachi: et de monialibus: z. c. canonica. quod intelligēdū est fm Gul. tam de exēptis q̄: ō nō exēptis viroz q̄ mulierū: et hec eadē itelligēda sunt de religioso z religiosa adhuc i anno pbationis existentibꝫ: vt eo. n. l. vj. in c. religioso. Deniq̄ si regularis pcusserit clericū secularē: absolui potest ab epo: sive percussio facta fuit ante monachatū sive post vt dict. c. religiosus. Qui man⁹ violētas in clericū secularē iniecit: ne hoc p textu habeat materiam euagādi poterit ab epo eo casu absolutiōis beneficiū exhiberi qui seculari clerico posset si clericū alīū pcussisset: ō ibi: et i glo. Jo. mo. ibidē. ¶ Tertius casus est de clericis cōmuniter viuētibus qui ponit extra de vi. et bone. cle. in. c. qm̄: vbi dicit q̄ q̄ cōmuniter viuunt et sub vno tecto dormiūt: ac i eadē domo vescūtur: si sibiinuicē violētas iniēciūt manus a suo dioc. absolui possunt: dūmodo non fuerit atrox iniuria: qō cōmuniter exponitur quādo simul viuunt in eodē collegio sive sint clerici regulares sive seculares: et etiā intelligit ō collegio approbato. ¶ Quartus p:o inde casus ē de mulierib⁹ excōmunicatis p iniectionē manuū violētā: q̄rum excess⁹ si nō fuerit enor:mis absolui possūt ab epo: vt eo. ti. c. mulieres. Si vero fuerit enor:mis: vt si occiderit vl' mutilauerit clericū tūa sūt opiniones iter doctores: vt q̄ sit mittēda ad papā: dicit tñ Gul. q̄ ē i epi prāte eas mittere vl' nō: q: nō distinguitur circa eas int atrocē vl' nō atrocē iuriā: et subdit. Credo tñ q̄ expediat hmōi mulieres mitti ad curiā si fortes sūt et si atrocitas magna ē: nec fiet alteri p̄iudiciū aliqō ex ei⁹ missione: satis etiā cōcor. Rodoñ. et Astē. in sum. sua: mulier tñ incēdiaria loci sacri vel lr̄as pape falsificās: vt dicit idē Gul. mittēda est ad curiā: q: nō inueniunt iura pcere mulieribꝫ in hac parte: cuius forte causa est: quia non cōmittunt huiusmodi crimina: nisi per excogitatā malitiā: sed mictio manuū sepius fit ex impetu subitaneo.

¶ Quintus casus est de alijs personis secularibus q̄ nō sunt subditis: z siqdē sunt seruit cōdītionis qō nō intelligo de mercēnarijs: tūc etiā illi sunt ad papā mittēdi p iniectione violenta: nisi in duob⁹ casib⁹. Primus ē si ꝺ fecerint in fraudē vt se subtraherēt a seruitio dñorū suoꝝ. Secūd⁹ est si ꝓpter eoꝝ absentiam sine culpa dñi graue dānū dñs pateret: tunc em absoluunt ā suis epis cum cōditione que ponit in.c.relatū. co.ti. vbi plane ꝺ. Qō si dñi essent in culpa: tūc tā dñi q̄ serui mittēdi sunt ad sedem aplicam q: tunc tam mādatarij q̄ mādatarij⁹ ligant sñia excōicationis. vt di.c mulieres in fi. z eo.ti.c.cū quis. li.vj. Si vero sunt filifamilias q̄ sunt ipuberes vel nō sunt adhuc plene doli capaces. tūc de bis dicēdū put patz sup: a circa ꝑn. sermonis. Qō si nō sunt ipuberes sz in patris ꝑsōte cōstituti. tūc fm quosdam mitti non debent quia hoc esset in preiudicium patris: et facta est iniecto violenta sine patris culpa non esset tam enormis excessus: q̄ ꝓpter vitandum scandalum ad sedem apostolicam essent mittendi: vt dicto.ca. relatum. Unde concludit Jo. an. q̄ filiusfamilias seorsum habitans a patre regēs se et familiam suam et vxorem ac filios: bona q̄ separata possidens mitti debet ad curiam si autem non habitat sic dixim: tunc absolui debet ab episcopo quod intelligitur sane ō excessu non enormi. ¶ Sextus casus est de bis qui patiuntur impedimenta temporalia: de quibus generaliter nota q̄ regulariter tē poze absolutionis uirant quod reassumptꝫ vires accedant ad sedem apostolicā sed fallit in impubere: vt eo.ti. in.cap. vlti. quedam autem sunt perpetua: et in bis non est opus: Primum impedimentum est infirmitas nec solum intelligitur de illa infirmitate ex qua imminet mortis periculum: sed etiā de illa p quā impeditur ire ad sedem aplicā: fm Inno. e. ti.c.qō. de bis. Secundū est senectus: q̄ si tā ta est q̄ papā audire non pōt: tūc non est mittendus: vt dicto.c.quod de bis. Tertium est paupertas: vt eo.c. Pro quo ñ sciendum: q̄ licet sint pauperes tamē sunt hūiles: id ē non generosi z fortes: quibus. s. nō imminet periculum in labore nec eis est impudibundum eleemosynam petere z pedes ire. tunc ergo mittēdi sunt ad curiam: z sic intelligitur. p Jo. an. c ea nosci. eo.ti. Qō si sunt pauperes nobiles et delicati quos nec decet ire pedes nec commode sine periculo tantum laborē subire possent ꝺ⁹ etiā pudibundū esset mēdicare: tales p diocesanū absolui pōt: vt eo.ti.c.decetero. c. fin. Si denicꝫ sunt delicati diuites. potēs tes: q̄ cōmode terras suas relinq̄re non pōt. tūc ſtas excessus pape significāda est: vt sic ipsius cōcilio corrigāt z absoluant: z sic loq̄ tur di.c.mulieres. ¶ Septim⁹ ē de bis qui patiunt impedimēta ppetua sic mutilati vt mē broꝝ officio destituti: puta claudi: ceci. debiles z sic q̄ pōt a diocesano absolui: z debet fieri satisfactio bis ꝺ⁹ facta ē iniuria: vt di.c. ea nosci: z ꝺ casus intelligit de bis q̄ ꝓpter destitutionē mēbroꝝ ad sedē aplicā accedere nō possent vt di.c.qō de bis. ¶ Octauus est de officialibus. sc̄d est iudicibus vl̄ apparitoribus aut ianitoribus alicui⁹ ꝓncipis vel potestatis: qui sūt seculares z laici: qui si percutiunt clericum ꝓterru officij sui: puta propter turbam in eū irruentē quā cōpescere querūt nec faciunt hoc ex huore vel malo ꝓposito sz indeliberate vl̄ ex casu fortuito: et nō sit enormis excessus. absolui possunt ab eo: vt eodē ti.c. si vero. §. officialis. Si tamē hoc fecerit deliberate animo iniuriandi: vel nō ꝓtextu officij sui: tunc ad papam mittendi sunt vt dicto. §. officialis. Si proinde sunt officiales vel ostiarij clerici. qui prętextu sui officio non graviter percusserint: non ad hoc iniuriandi nō sunt excōicati: vt patet supius: Si ñ animo iniuriandi hoc fecerint. excōicati sunt: sed ab eo absolui possunt nisi forte eundem clericū graviter vulnerauerint: vt dicto.ca. si ꝙ. Ratio vero diuersitatis est: q̄ clerico dat maior autoritas super alū clericū rōne officij sui q̄ laico vt patet ibidem. ¶ Nonus denicꝫ casus de bis qui stant in dubio. vtrum excōicati sint vel non: q̄s eōrum absoluere pōt ad cautelam: q̄ius impuri non posset directā absolutionem. q̄ cautela hodie redacta est ad tuc cōe z ō ꝺ habet. eo.ti.c.cū desideres. et. ca. si vero. ij. in glo. Et pōt addi generaliter ō bis qui iudicio boni viri cām iustā habent ad nō eundū ad sedē aplicā. s. ē exempli gr̄a ꝓpter inimicitias capitales quas habet: vel alias iustas excusationes ꝺbus abstinere rōnabiliter excusantur: ita q̄ sine periculo nequeat aplice sedis se conspectui pōtare: tales etiam ab eo possunt absolui: vt patz ex ꝑ⁹ se eo.ti.c.decetero. Est tamen illis sub iuramēto debito iniungendū: vt q̄ citius opportunitatem habuerint: romanum pōtificē adeāt: mādatum aplicum suscepturi: vt ibidē subdit. ¶ Nonales

etiã initiẽtes manus in se inuicem vl' in quer sos vl' quersas. aut in clericos man⁹ violen tas ab epo sũt absoluẽdevt seqũt e.ii.c.de mo nialibus: nec ibidem distinguitur inter excessum enormem et mediocrem. Ad lau. dei.

¶ De excõicationibus in speciali per iniectionẽ manus violentã in clericũ vel psecutionẽ eiusdem aut qualẽcũq; iniuriã. Ser. xix

On occides Exo. xx. Expedit nũc vtcũq; de excõicanõibꝫ per iectionẽ manus violentã in generali: ut ad ptic̃lares excõicanões eusdẽ violẽte sblũ put dñs donauerit commutamus. ¶ Quarũ ꝓma ẽ ꝺ psecutoribꝫ cardinaliũ ⁊ ponitur in. vj. de pẽis. c. felicis. vbi subdit: q̃ q̃ sancte ecclie cardinales hostilit fuerit insecutus vl' peussent aut cepit aut socius fuerit faciẽtis: aut fieri mãdauerit vl' factũ ratũ habuerit: aut ꝑsilũ dederit vl' fauorẽ: aut postea receptauerit vl' defensauerit sciẽter eũdẽ: sic reus crimis lese maiestatis ꝑpetuo sit infamis: diffidat⁹ nihilominus ⁊ bãnit⁹. ⁊ post multas aũt horrẽdas ꝯ hmõi fulminatões tandẽ subinfert: excõicatiõis sniam etiã in oẽs q̃cũq; mõ pticipãtes. a romano põtifice dũtaxat absoluẽdos: q̃. s. excõicatio singulis diebꝫ dñicis cũ maxia solẽnitate pmulgari ꝑcipit. In fine q̃q; buꝰ ꝓstitutionis annectit q̃ si rectores ⁊ dñi terraꝝ ꝯ ꝑsumptores ꝓdictos pñs ꝓstitutionis tenorẽ nõ fecerit obseruari tã ipsi q̃q; officiales eoꝝ infra mẽsem postq̃q; res ad noticiam eorũ puenerit eoipso sententiam excõicationis incurrant. Sic ciuitas ꝑter vrbẽ dans ꝓsilium: auxilium vel fauorem: seu dissimulans dignam punitionẽ offerente se facultate pontificali: dignitate carebit et ire'dicta remanebit: Et nota hic vnũ spẽale. q̃ sex cardinalẽ hostilit psequẽs: ꝛ ipm nõ tetigerit: in excõicationis sentẽtiã nõ cuadit: fm Jo. mo. archi. ⁊ Jo. an. ¶ Secũda excõicatio ẽ de lẽtibꝫ occidi eos vel psequi in psona vel rebꝫ q̃ pmulgauerũt aliq̃q; cẽsurã ecclasticã. ⁊ ponitur in. c. quicũq;. co. ii. li. vj. vbi ꝓmo excõicat cum certis limitationibus dantes licentiam offendendi in psonis vel rebus suis vl' suorum ꝓferentes ꝓtra aliquos censuram ecclesiasticam: aut eos quorũ sunt occasiõe ꝓlare ac etiam easdem sententias obseruãtes scis taliter excõmũicatis cõmunicare nolentes. Secundo sententiã excõicationis prorogat ad omnes qui ausi fuerint vti dicta licentia vel aliquid ꝑmissorum: vel qui ꝓprio motu id agunt: ⁊ si spacio duorum mensiũ in tali sententia ꝑmanserit: extunc p solũ papaz absolui possunt: nam ideo facta fuit hec ꝓstitutio quia multi prelati timebant exercere cẽsuras propter grauamina q̃ eis vel suis inferebantur. ⁊ fm Jo. an. nõ solũ licentiã dãtes quod min⁹ est: sed etiã iubẽtes vel mãdãtes ligat hec ꝓstitutio. Si tamẽ licẽtiã nõ dedit nec ratũ habuit post factũ: tũc fm Archi. nõ est excõicatus: etiã si factũ sit ꝓ̃plationẽ eius ¶ Qõ si q̃ritur an penũẽs vel capiẽs laicos ꝓsanguineos eorũ qui talẽ pmulgauerũt sententiã sint excõicati. Ad hoc respõdet. Jo. an. q̃ sic. ⁊ sic est casus specialis ac similis casus habet in. c. sciãt. de elec. li. vj. q̃. s. non eligit is ꝑ quo rogauerunt. ⁊ propterea ꝓsanguineos laicos grauare non verentur. ⁊ dic̃ ibidem Jo. an. q̃ illa ꝓsanguinitas extenditur vsq; ad septimum gradũ. q̃ ad illũ gradũ fit successio: vt notatur. de appel. c. postremo. in glo. s. q̃ quia de affinib⁹ non fit hoc mentio: et ꝓstimo penalis est: ideo non includit illos fm Jo. an. in nouella: potest tñ epus illã excõicationẽ absoluere sic̃ ⁊ ꝓcedentẽ. quod intelligit Jo. mo. ante denunciationẽ: post denunciationẽ em̃ a solo papa sunt absoluẽdi. ¶ Tertio nihilominus laicũ iniurias vel impediens portantẽ lr̃as vel sit' sup causis que ad forũ ecclasticum de iure vel ꝓsuetudine pertinent sunt excõicati quod intelligit de laico propinquo vel ꝓsanguineo: vt notat glosa. sup verbo ꝓpinquorum in. c. q̃m ꝺ imu. eccl'. li. vj. vbi ad longum ponit casus iste: sed post condignam satisfactionẽ q̃ ponit in textu ꝓt episcopꝰ hmõi absoluere: multomagis excõicati sunt ꝑ dictum. ca. q̃m. qui impediunt sup causis q̃ ad forum ecclasticũ de iure vel cõsuetudine pertinent lr̃as ad sedem aplicã impetrari vel super ipsis coraz ordinarys vel delegatis ecclesiasticis latgari. ¶ Tertia excõmunicatio est de iniuriantibus pontifices q̃ ponitur in cle. j. de penis. vbi ꝺr. Si ꝺs sudente diabolo in hoc sacrilegũ genus prorumperit: q̃ q̃uis iniuriose pontificem vel temere percusserit: aut ceperit aut bannierit vl' hoc fieri mandauerit: ab his facta rata habuerit: aut in his faciendis socius fuerit: aut consilium in his dederit aut fauorem: aut ꝓcienter defensauerit: omnes illi sunt ipso

facto excõicati per solũ papã absoluendi: vt latius patet in textu: cuius vero vel cõmunicatus patet in textu: cuius vero vel cõmunitas criminis huius rei subiacz interdicto. Dicitur cũ glo. q si est electus sed nondũ consecratus: non est locus huic pene: z etiã intelligitur ista ꝓsumuno de his q manus mittunt in rescõpo adherentes: eo mõ vt dictũ est supra de clericis: z addit glo. q m h casu p solũ mundũ pficif delictũ: licet factũ secutũ nõ esset: z hi q dem solũ sunt absoluẽdi a papa. ¶ Quarta excõicatio est de rectoribꝫ nõ parentibꝫ inquisitoribus hereticæ prauitatis q ponitur in cle. vt inquisitionis. li. vj. de here. vbi papa precipit rectoribꝫ locoꝝ parere inquisitoribꝫ ordinario vel alteri eoꝝ inuestigatõe: captiõe: custodia: z punitione hereticoꝝ z fautoꝝ suoꝝ: nõ obstantibꝫ proclamationibꝫ vel appellationibus: ita cũ q de illo crimine cũ sit mere ecclesiasticũ: nec iudicent nec cognoscant: ꝓtra facientes z nõ parẽtes z eoꝝ fautores excõicat sed absolutionẽ sibi nõ reseruat: verumtñ si excõicationẽ per annũ sustinuerint: vult eos vt hereticos cõdemnari. ¶ Quinta excõicatio ẽ de bis qui cogũt interdictũ violare: q ponit in cle. de sen. excõ. in. c. grauis. vbi sic summat Io. an. q dñi tẽporales qui cogũt aliquos in loco interdicto celebrare diuina: vel qui per pulsationẽ campanarũ vel per ꝓcones faciũt tũc ad illa audienda populũ euocari: vel prohibent ne publice excõicati vel interdicti super hoc pulsos: qui missas celebrant monuit ecclesias exeunt: z ipsi noiatim monuit q non exeũt omnes ꝓdicti excõicati sunt per papam absoluendi. Et dicit glo. secunda: q idem de dñis spũalibus tpalem iurisdictionem habentibus etiam si sint epi vel ecclesiarũ plati: licet Stepha. contradicat z male: z idem intelligendũ est de cessatione qñ cessatio habet vim interdicti: de quo videbit inferius. Dicit etiã Stepha. q nõ prohibet indistincte pulsatio campanarũ: sed permittit ad cõuocandũ populũ propter ꝓdicationẽ: ar. de sen. excom. c. rñsa. nisi fieret in fraudem: vt qñcz factum fuit me diolani: vbi quãdocz portabant funera faciebant pulsari campanas ad ꝓdicationem: sed pulsatio campanarũ quo ad diuina celebranda prohibet tpe interdicti: vt de pe. z remi. c. q in te. Et si queritur vtrũ clerici taliter compulsi ad celebrandũ diuina excusant propter iustum metũ. Rñdet Laud. q non: q? potius omnia mala debet pati ꝙ malo consentire: vt de vsur. ca. super eo. Idẽ Benzel. de tẽporibꝫ

ordi. c. ad aures. Nec etiã superioris auctoritas in talibꝫ excusat: vt. xj. q. j. c. generalis. Ex glo. z idẽ Paulus: z hoc q ad ipsos dños vt pecuniã incurrant: sufficit enim q celebrãtes generaliter moneãt excõicatos z interdictos vt exeant: q casu si dñs tpalis phibet eos exire ꝓtra ant: q casu si dñs tpalis phibet eos exire ꝓtra ipm est locus huic pene: secus aũt q ad ipsos monitos: q? vt ipsi nõ exeũdo incidant hanc penã: requirit q sint moniti noiatim: vt ptz in litera. vñ q? hic incidit canonẽ quatuor modis scz cogendo: euocãdo: phibendo z remanendo: p sedem aplicam dũtaxat absoluendi. Secta excõicati est de ꝓcedentibꝫ repsalias ꝙ ecclesiasticas psonas: q ponit in. ca. vno. de iniur. z dam. da. li. vj. vbi dicit q repsalie ꝓtra ecclesiasticas psonas nõ debent cõcedi: vt ꝓcesse generaliter nõ debent ad psonas ecclesiasticas exẽdi aut ad eoꝝ bona: z cõtra facientes nisi reuocent infra menses a tpe ꝓcessionis vel extensionis: singulares psone sunt excõicate vniuersitates interdicte: de his aũt repsalijs videbit in septimo ꝓcepto. hinc ꝓ ꝓsenti cã breuitatis supsedeo: verumtñ absolutionẽ huius excõicationis sibi papa nõ reseruauit. ¶ Septima excõicatio est de cogentibus soluere ecclãsticas psonas pedagia vl guidagia: q ponitur in. c. quanꝫ. de censibꝫ. li. vj. vbi sumarie dicit: q si vniuersitas: vel singularis psona per se vel p aliũ suo noĩe vel etiã alieno ecclesias vel ecclesiasticas psonas compulerit soluere pedagia: guidagia vel exactiones p rebus suis: quas cã negotiatiõis non deferũt vel deferri faciũt: vel p psonis aliis: si ipsone fuerint singulares excõicationis si collegiũ vel vniuersitas alicuius loci interdicti sniam ipso facto incurrãt: nec absolui ꝓt nisi prius exacta plenarie restituerint: z de transgressiõe satisfecerint: z addit Clemẽs in cle. pñti co. ti. q diocesani quibꝫ cõstat has snias obseruare. Ad cuius euidentiã sciendũ. q pedagia dicunt q dant a transeuntibꝫ in locis a ꝓncipe ꝓstitutis. Ex guidagia dicunt q dant ꝓ ducatu p terrã alicuius vt securi vadant vt no. glo. de verbo. sig. ca. sup quibusdã. gabella vero dicit vectigal qđ datur p introitu tendo blado qđ intus vehit: qđ vectigal etiã auctoritate ꝓncipis nõ est a clericis exigendum: vt notat Hosti. hinc gabellarij exigentes z officiales compellentes z ciuitas seu locus subiacit penis: in dicto. c. ꝙ. Dicit autẽ notanter quas cã negotiandi nõ deferunt: q?

tunc tñ sunt imunes tam ecclesie q̄ ecclesiastice psone: vt. C. de sacrosan. eccle. l. sacrosancta. ⁊ de immu. eccl. c. j. li. vj. alias eni nō gaudent īmunitate: vt dicto. c. j. a contrario. Non eni fauendū est clericis in eo in quo iura violant: vt p3 ex. ne cleri. vel mo. in diuersis capitulis. Dicit aūt Jo. an. ergo sibi papa nō reseruat hanc absolutionē: alū concedere videt verūtm si clerici non cōpulsi dicta soluerent tunc receptores hunc canonē non incurrerēt nec tenerent ad restitutionē. ¶ Octaua excōicatio est de imponentib⁹ clericis collecta tallias exactiōes ⁊ similia. Et ponit primo de immunitate eccl. in. c. nō minus: qđ est concilū lateraneñ. vbi sumarie dicit q̄ talia imponentes clericis vel ecclesijs: aut illoꝝ iurisdictionem vsurpantes: si moniti non desistunt: excōicati sunt cū suis fautoribus: pōr tamen clerus in necessitate p̄bere subsidia: absq; tñ oīi coactione. Postea eo. ti. in. c. aduersus. in cōcilio generali renouatū est illud statutū: cum hac tñ restrictiōe: q̄ romanus pontifex primus cōsulatur cuius interest cōmunib⁹ vtilitatibus prouidere: deinde cassat ꝓstitutiones ⁊ sentēnas laicoꝝ ipsas ecclias grauantiū ac in fine subiūgit q̄ rectores ⁊ similes excōicari ꝓpter grauamina p̄missa: remaneāt excōicati etiā post depositū officiū: ⁊ nihilominus etiā excōicati sunt etiā successores nisi satisfecerint infra mēsem. Et de eodē habet eo. ti. c. vlti. li. vj. ¶ Et si querit cur pinguius, plusiū est in excōicatione p̄cedenti contra exigentes pedagia: quidagia: gabellas ⁊c. cū ibidem sine monitione p̄uia canonē incidant q̄ hic contra exigentes vel iponentes tallias: collectas vel similes exactiones vbi requirit monito p̄uia. Ad hoc dicendū q̄ in casu p̄cedenti maius imminet periculū in gabellis ⁊ similib⁹: q; soluunt rōne rerum q̄ deferunt: nā nolens soluere patet rur grauē p̄iudiciū uer differendo: secus aut̄ est in collectis: q; clerici facilius a soluendo desistere possunt: nec ita verisimiliter ex eo q̄ nō soluunt dāna incurrere possunt: hec Fran. de zab. in. c. innouamus. de censibus. Denig̃ solet̄ mouendū est q̄ in. c. clericis. lib. vj. de immu. eccle. non solū excōicat predicta onera imponentes ⁊ exigentes: sed etiā clericos cōsentientes ⁊ soluentes: a qua sententia nō p̄t absolui nisi a summo pontifice: ⁊ vniuersitates culpabiles ibidē in: erdicto subiacent: verūtamen dicit Jo. an. in hotella: q̄ Benedictus in sua extrauagañ, q̄ incipit. Quā olim. banc decretales restrinxit ad exigentes tm̄: ⁊ Clemens eā cū suis declarationib⁹ reuocauit: ita q̄ voluit haberi: p nō facta p suā extrauagañ q̄ est in clemen. e. n. c. vno. ⁊ ibi remisit Jo. an. nec. glosauit in nouella. ¶ Nona excōicatio est de agentib⁹ ꝓtra ecclīasticā libertatem q̄ ponit eo. ti. c. noverit. vbi subdit: excōicamꝰ oēs hereticos ⁊c. necnō ⁊ q̄ decetero seruari fecerint statuta edicta ⁊ ꝓstitutiones introductas ꝓ ecclīastica libertate: nisi ea de capitularibus suis. i. de libris statutoꝝ infra duos mēses post hmōi publicationē sñie fecerint amoueri. Item excōicamus statutarios ⁊ scriptores statutoꝝ necnō prātes: consules: rectores ⁊ cōsilarios locoꝝ: vbi decetero hmōi statuta ⁊ cōsuetudines edite fuerint vel seruate: necnō ⁊ illos q̄ fm ea p̄sumpserint iudicare vel in publicā formā scribere iudicata: hoc ibi. Verūtm fm oēs doctores nō fit ꝓ libertate eccle q̄ violant p̄uilegia cōcessa particularib⁹ ecclesijs: sed tūc fit ꝓ libertate huius ecclesie vt illius q̄ sunt cōcessa ecclesie vniuersali: ⁊ fm Hen. boꝝ c. qui fm talia statuta p̄sumpserint iudicare vel iudicata in formā publicā redigere statim ipso facto sunt excōicati. Officiales aūt ⁊ eius consiliarij nō ligant: nisi scientes ea esse ꝓ ecclīastica libertate assenserint delicto vt quia seruauerūt vel consiliū dederūt q̄ seruarent: vel negligentes fuerunt ea de suis capitulis delere: vt officiū diuiuere q̄ cito de eis certificari sciunt ⁊ cognoscunt esse cōtra libertatem ecclesie concessa cū aliquo modico intervallo: qđ boni viri relinquit arbitrio: vt de dona. c. apostolice. Si aūt ignorant statuta fore cōtra libertatem ecclesie. non inciderent in excōmunicationē que nō cadit nisi in cōtumacem. xj. q. iij. nemo epoꝝ: fm Inno. Hostiē. ⁊ Jo. an. hic. ⁊ hoc sane intelligendū est q̄ ignorantia talis excusat: qđ ab excōmunicatione ad quā incurrendā requirit dolus: nō tamen excusat ab alia pena: similiter si alū a personis in textu contentis seruant statuta illa propter rea nō sunt excōicati fm Inno. glo. idem Jo. an. in cle. vna. de vsura. sup verbo obseruare: in argumentū aūt predictoꝝ in. c. eos. de immu, eccle. ipso facto sunt excōmunicati habentes seculare dominiū: qui prohibere p̄sumunt suis subditis: ne plānis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicq̄ vendāt aut aliq̄d ab eis emant neq; eis bladū molant: panem coquant aut alia obsequia exhibere p̄sumāt: cū talia in derogationem ecclesiastice libertatis

interdicere iudicantur papa tamē nō reseruat sibi ei⁹ absolutionē.¶ Decima excōicatio est de laicis: q cogūt sibi submitti ecclīasticas p̄sonas seu bona ecclīastica: q ponit in.c.fi.de re.eccle.non alie.li.vj.t ponunt ibidē due excōicationes. Prima in.§.laici ꝙ dicit platos vel capitula ecclesiaꝝ seu alias p̄sonas ecclīasticas ad sumissiones hmōi faciēdas hactenus: id est añ h capitulū p̄pulerūt: nisi post p̄cētem monitionē remissa. submissiōe q̄ p vim vel metū exegerāt: ecclīasticas p̄sonas t bona ecclīastica eis submissa talit in sua libertate dimittāt: Illa ēt q dicitur cetero plato⁹ vel p̄sonas easdē ad talia faciēda p̄pulerūt: cuiuscūq sint dignitatis p̄ditionis aut status: excōicationis sntia sint innodati: t sic in hac excōicatione requirit monitio: t solū habet locum in mobilib⁹. Secunda excōicatio ponit in.§.ex cōtractibus. Preterea super p̄missis hmōi licentia.s.pape: t p̄sensu.s.sui capituli interuenientibus hactenus inuis: vel quos in futurum iniri p̄ngerut: seu occasione illorum la ci vltra id quod eis ex natura p̄tractuum ipoꝝ vel adhibita in illis lege id est conuentione p̄mittitur aliq̄d non vsurpēt: q ꝙ secus egerint nisi legitime monit ab vsurpatione huiusmodi desiterint: restituendo ea q̄ etiam taliter vsurparunt: eoipso sententiam excōicationis incurrant. h ibi: eius tamē absolutionez papa non sibi reseruat: ¶ Undecima est de incēdiarijs t effractoribus ecclesiaꝝ: t sunt due sententie. Prima ponitur extra de sentē. excō.in.c.tua nos. vbi d: ē q non solum hi qui in clericos manus temerarias inuunt: sed ēt incendiarij post publicationem a solo papa sunt absoluendi: vide ibidem i glo Pro quo sciendum: q incendiarius ſm Ray: t Guill dicitur ille q incendit autoritate p̄pria cuiuscūq rem: villā: māsionem: segetē vel silua aliena malo studio. xxij: q vlt.c.pessimam. seu etiam qui p̄silio vel auxilio impendit: secus si iussu eius q potestatem habet indicendi bellū qō ē iustum: vel si casu vel negligentia hoc faciat Idem Gof.t Hosti. Secūda excōicatio ponitur.e.ti.ca.p̄questi. vbi dr: q qui cum effractione spoliant ecclesias excōicati sunt: t post denunciationem a solo papa absoluendi. ē ei detestabile sacrilegiū. Pro q̄ nota. q si p̄mitteret sacrilegiū ecclesiā spoliando. in̄ sine effractione vel incendio. nō esset ibidem maior excōicatio late sntie sed ferende nisi prouinciale vel synodale statutum esset in p̄riū. Secundo nota q publicatio de q̄ fit h mētio: nō addit aliq̄d q̄ritū ad vinculū: sz q̄ ad absolutionis difficultatē: q añ denūciationē ab epo absolui p̄t. sz post p solū papā: t h intelligūt etiā verū: si eccle nō sūt p̄secrate ſm Hosti. Jo:an.t Hein boyc.de p̄se.eccle.vel al.c.vl. vbi dicunt: q eodē p̄uilegio gaudet ecclia nō p̄secrata: grauiꝰ tñ peccat q̄ p̄secratā violat sic ex q̄litate p̄sone maioz iuria exprimat.e.ti. c.cū illoz ſm eos: sz incēdiarij alioz locoz domoz seu rerū non sūt excōicati sz excōicādi: xxiij.q.vl.c.si q̄s mēbroz: t c.pessimā. vt ibi. Joh.dic t Bern. t Hosti.di.c.p̄questi. t q̄ dictū ēde incēdiarijs t effractorib⁹ ecclesiaꝝ q iure sūt excōicati: intelligūt Ray.Gof.Host.t Jo.in sūma ēt de incēdiarijs vel effractoribus aliorū locoz religiosoz vel vicinoz: vel eoz qui sunt in spacio p̄uilegiato. xvij.q.iij.c.sic antiq̄tas. vbi etiam dr q maior ecclesia per circuitum. lx. passus habeat: t minor vel capella. xxx. h tamē maxime verum est si loci p̄suetudo habet q incendiarij talium ipo iure sunt excōicati q: tunc seruanda est cū p̄suetudo sit optima legum interpres. de p̄sue.c.cū dilectus: secus si non habet: vt notat. Jo.an.l c.oēs ecclesie. xvij: q.iij. t Hostie. in summa: supius tñ dicta non intelligunt de eo qui icēdit p̄priam domū vel segetē: nisi dolo malo h faceret. s. vt simul aliena bona incēderet. Preterea infra spacium dictoz passuū qō dz esse cimiterū: nulla domꝰ nisi tñ clericorum edificari debet: vt xij.q.j.c.nulla. t illa bene gaudet immunitate: xvij.q.iij.c.quisquis: t passus est mensura q̄ncq pedum: pes autem spacium. xv. digitoz: vt refert glo. in di.c.antiquus. Duodecima excōicatio est de his qui p̄hibent ne nuncij aplici terrā suā intrare p̄sumāt. t ponit in quadaz extrauagn. q̄ incipit: sup gentes. t t est Jo. xxij. vbi p̄tenditur sntia excōicationis t interdicti generalis in p̄hibētes nūcios sedis aplice terras suas intrare: q̄s tñ hmōi absoluere potest ignorāno.

¶ De excōicatiōibus q̄ contingunt in inuasione rerū ecclesiasticaꝝ t iurisdictionū spūaliū ac inclectionib⁹ p̄latoꝝ spūaliū. Ser. xx

n On occides Exo.xx. Uiso de excōicatione p̄ter iniectionem manꝰ violētā in p̄sonā ecclesiasticā vel religiosam; iam p̄sequēdū est de excōica

tione quā ḋs incurrit ꝓpter iniectionē mānus violentā in ipas res psonaꝫ ecclīasticaꝫ vel religiosarū. ¶ Hic primo q̄ri põt:an res clerici violēter occupās seu ledēs incurrat excōicationē.Ad ḣ rñdet Hem.boyc.in.c.nup ij.de sentē.excō.q̄ si tales res clerico nō adhe rēt tūc nō incurrit sniam:vt si fieret violentia vel iniuria in veste vel equo quā vel quē nō tenet sed ē forte iuxta eū fm Inno.t Jo.an. quod pbatur q̄ nec icurreret si res ecclie oc: cuparet sine effractiõe quia magis ē ꝓuile: giata vt dicūt doctores in.ca.q̄sti.eo.ti.Si ꝙ̄ sunt res clerico adherētes vt vestis:indu mēta:equus cui insidet:nec lz eidē res illas inuadere vel accipe de iure ꝓpria auctoritate tanq̄ ꝓprias.nihilominus in illas accipit vi: olenter clerico sciēte t inuito:vt q̄ vestes ei⁹ tenet vel dilaniat:equū tenet vt interficit aio inuriādi:tūc canonē incidit:si ī nō infert vio lentiā sed furto tollit vestē:corrigiā vel burſā tūc nō incurrit excōicationē.lz Jo.de lig.cō: trarium tenet:nā nulla fit ḣ pſone violēcia q̄ non sentit rem ablatam. Jn talib⁹ ēm volun: tas t intentio multū est attendenda.non ēm intendebat iste violentiam inferre sed furto tollere.Similiter non facere aio inuriandi tunc non incidit canonē:exempli gra:fugiens inimicos si ejecit clericum de equo ipm ascen dens vt sic euadat:q̄ verisimiliter alias euade re nō potuit nō videt esse excōicatus quia nō fecit diabolo suadente vel malicioſe t inurio se:sed coactus necessitate ineuitabili:licet q̄: dam doctores contrarium sentiant:huius ei opinionis est Pe.de cen.eccle.qui inter cete: ras rationes hanc inducit:q̄ similiter in alijs casibus est notanda.Dicit enim.nō credo sa: pientem aliquē dicturū talē peccare morta: liter:ergo necesse habebit dicere illum non esse excōicatū:nam cum excōicatio sit eterne mortis damnatio:vt.xj.q.iij.c.nemo sacerdo tum:ideo non debet infligi nisi pro mortali. Dicit enim Jo.an.in nouella:q̄ nullus incidit in aliquem canonē sine dolore:ar.ff.de adul.l. penul.ff.de siccar.l.j. Idem Johannes de li gna.Deniq̄ si tales res essent quas ei liceret de iure inuadere vel accipere ꝓpria auctoritate: vt quia clericꝰ debebat ei censum pro domo etiam in habitabat:t cessauit soluere p triennium:t sic licitū ē ei illi talē expellere ḋ loco:vt extra de locato.c. ꝓpter t.c.ponit t t in glo. Jn hoc q̄ casu non incurrit canonē clericū repellendo cū moderamie vel vim vi repellendo:vt de resti.spo.c.olim fm Inno⁹ Hosti.t Joh.an.secus tñ esset si concessam domum vel aliquā rem anteq̄ tpus cōcessiōis finitum abstuliſſet quam añ tpus finium tol li non debuit. Cetez fm Bul.t Frā.t Joh: anō.in summa Asten.t Pe.de censu. eccle: detinens clericum aſportantē res suas vel alienas apud se depositas:vel eas p violēti⁹ am auferēs inuito clerico:nō incidit canonē si ea aufert dum est in aſportādo añq̄ ad lo: cū destinatū se recipiat.Secus tñ si faceret ex intervallo postq̄ clericus ad locū destina tū puenerit t pfecte possessionē illarū rerum adeptus fuerit:q̄ non lz ei ius sibi vsurpare in re sua ex intervallo:hec est igit excōicatio ꝓma q̄ generalis est.Secūda ꝙ̄ excōicatio ponitur in.vj.de elec.vbi ōz.c.generali cōsti tutione sancimus.vniuersos t singulos qui regalia custodiam seu guardiā aduocatiōis seu defensionis titulū i ecclesijs seu monaste: rijs vel quibuslibet alijs vijs locis de nouo vsurpare conātes.bona ecclīaꝫ monasterio: rū aut locoꝫ ip̄oꝫ vacātiū occupare p̄sumūt: t ḋ ḣ fieri procurāt ipso facto sunt excōicati. Pro quo sciendū q̄ regalia sūt ea que vacās te ecclia rex capit:vt patet in regno francie t anglie:nam illic vocant regalia iura regis in ḋbusdam ecclijs vacātib⁹ cōperētia ḋbus de prelato ordinatis illa recipiūt plati t non rex:fm Arch̄.Addit etiā custodiā vel guar: diam:quia dicunt se debere custodire ecclīaꝫ vacantē donec de prelato fuerit ei prouisum: vt in ecclia parisien:patet exemplum vbi ta: les custodes laici t nobiles appellant vice: dñi.Addit insuper aduocationis seu defen sionis titulum q̄ ō expone fm Barle.ius pa: tronat⁹ quod.s.fm diuersas regiones diuer: sa ius illud sortitur vocabula:t addit q̄ quo cunq̄ nomine censeant vsurpantes de nouo tale ius in dictis ecclesijs vel locis et bona vacantium ecclesiarum vel locoꝫ occupātes excōicati sūt ipso iure. ¶ Tertia excōica tio ponit in cle.vna de sequest.ḣ.si ḋs:q̄ fert cōtra eos ḋ seq̄strationē impediūt vel fructus sequestrādos occupare p̄sumunt.Pro quo sciendum q̄ bñficiū sequestrat p ordinarium loci vna sententia in possessorio vel petitorio in curia cōtra eū q̄ triēnio pacifice ñ possedit promulgata.t impediens vel fruct⁹ seq̄strā dos occupans est excōicatus.t si est ḋ litiga toribus cadit a iure suo si impedit de facto non de iure:verūtñ si triennio cōsumato pa:

quinto:

elice possessum est: tunc impedire pōt sequē-
strū: de plumbo aūt gratia breuitatis supsedeo
¶ Quarta excōicatio ponitur in extrauagañ.
Jo.xxij. q̄ incipit: suscepta: ꝑtra eos enī qui
obseruant ex antiqua ꝓsuetudine vel nouiter
introducta: q̄ fructus primi vel secūdi vel al-
terius anni beneficioꝝ vacantiū totaliter ap-
plicant defuncto vel fabrice vel ecclesijs aut
psonis habentibo annalia de cōsuetudine pri-
uilegio vel statuto: ita q̄ talia beneficia ca-
nonice obtinent: ⁊ ad q̄s de iure tales fruct⁹
spectare deberent nihil inde capiunt: vñ illud
incōueniens sequit q̄ cōmode nequeūt ad im
pendendū seruitiū debitū residere in ecclesijs
in q̄bus beneficiati existūt: si aliter applican
tes sunt ep̄i vel superiores a pōtifice libo ⁊ ab
ingressu ecclesie suspendit: si capitulū: colle-
giū vel vniuersitas interdicto subijcit: si singu
laris psona ecclesiastica vel mūdana: excōica
tionis sententiā incurrit a qua tm̄ restitutione
facta pōt per diocesanū absolui. ¶ Quinta ex
cōicatio ponit circa electionē pape: ⁊ hoc tri
pliciter. Primo ꝑtra eos q̄ cardinalibo inclu-
sis in ꝑclaui pro electiōe fienda vel alicui eoꝝ secrete nuntium mittere vel
scripturā aut cū aliquo eoꝝ secrete loqui pre
sumpserint: tales excōicationis sniam incur
rāt ipso facto: tm̄ ordinarius hmōi pōt absol-
uere: vt li.vj. de elec.c. vbi periculū. Secūdo
ꝑtra dños ⁊ officiales ciuitatis in qua papa
eligit q̄m non tentent formā dicti.c. vbi pericul̄
scz q̄ oia in dicto.c. faciāt inuiolabiliter obser
uari sine fraude: nec cardinales vltra hec arta
re p̄sumant: ⁊ q̄ sup his obseruandū coram alu-
ter iuramentū p̄stent: vnde si dicta nō obserua
uerint aut fraudē circa ea cōmiserint: excōica
tionis sententiā incurrūt ⁊ efficiunt infames
Et nota hic casum in q̄ laicus auctorizate cano-
nis hz potestatē in clericū scz includendi car-
dinales in cōclaui pro electiōe fienda cū cer
ta regula ⁊ mō qui ponit in dicto.c. ⁊ hoc fa-
ctū pluries legit: vt ꝑz extra de elect.c. licet.
in glo. Tertio denicq̄ ꝑtra electū in papā nō
tm̄ a duabo partibo cardinaliū: qui se p papa
ingerit tā ipse q̄m hi etiā qui eū in papā recipi-
unt excōicationis sniam incurrūt cū alijs pe-
nis q̄ ponunt in dicto.c. licet. Et nota q̄ papa
eo ipso q̄ electus est a duabo partibo cardina
liū et auctorizate sua papatū recipe pōt: ⁊ sta
tim hz plenā ⁊ liberā administrationē: vt ꝑz
xxij.dis. in noie dñi: tm̄ qđ hic dicit decretalis
de duabo partibus aliq̄n obseruāt cardinales

Sermo XX

aliqñ non: vt dicto.c. licet. in glo. ⁊ pōt facere
ꝓ hoc: cū necessitas est in cā q̄ legem nō habz
vt de ꝓsue.c. ex.to. etiā ad hoc hñt cardinales
specialia statuta: si tm̄ nullatenus due ptes cō
sentiūt tūc brachiū seculare sed oz interponere
vt in glo. dicti.c. licet. ¶ Sexta excōicatio ferē
generaliter ꝑtra oēs liberā electionē impedi-
tes q̄ ponit in.vj. de elect. vbi dicit. c. sciāt cun
ctos q̄ clericos aut quaslibz alias psonas eccle-
sticas ad quas in aliquibo ecclesijs: monaste
rijs: aut alijs pijs locis spectat electio: p co
q̄ rogati seu alias inducti cū pro q̄ rogabant
vel inducebant eligere noluerint vl̄ ꝓsangui
neos eoꝝ aut ipsas ecclesias: monasteria seu
loca cetera bñficijs seu alijs bonis suis scz tē
poralibus pe se vel p alios spoliādo aut alias
molestē psequēdo grauare p̄sumpserint: ipso
facto excōicationis snia innodatos: hec ibi.
Pro quo nota q̄ fm Jo.mo. per psonas eccle
siastcas intelligunt templarij: hospitalarij ⁊
similes ꝓuersi: q̄ licet nō sunt clerici: tm̄ sunt ec
clesiastice psone: vt xvij.q.iij. q̄squis vñ archi.
exemplificat etiā de laicis cōuersis q̄ de ꝓsue-
tudine: hz nō de iure p̄nt electionib⁹ interesse. c.
ti. ⁊ li.in.c. ex eo. Notā ꝑterea q̄ hic est casus
specialis: in q̄ laicū cognatū electoꝝ offen-
dens vel petitēs excōicatus est ipso iure: ⁊ fz
Jo.an. ꝓsanguineas ista extendit vsq̄ ad se-
ptimū gradū: in hoc casu: qz vsq̄ ad illuz gra
dū fit succesio. vt notat in glo.j. de appel.in.
c. postremo. sed non includit affines fm Jo.
an. in nouella: quia de eis hic nō fit mentio. ⁊
ꝓstquo penalis est. similiter ⁊ mādatarius ē
excōicatis: vt tenent Bar. Ar. ⁊ Jo.an. licet
Jo:mo. ꝑtra teneat. Ceterū hec pena locum
habet in p̄sentatis patrono: si clericus vel per
sona ecclesiastica secus tm̄ si laicus est: hoc te-
net Joh.an. Bar. Archid. ⁊ plures alijs: ve-
runtamen ep̄us ab eadem absoluere potest.
Septima excōicatio fulminat ꝑtra ep̄os qui
se ingerūt ad curā alteri⁹ dioce. ⁊ ponit extra
de offi.oz. in.c. quoniā in plenisq̄. vbi subditur
.§. phibemus aūt omino ne vna eadēq̄ cura
siue dioce. diuersos pontifices habeat: tanq̄
vnū corpus diuersa capita quasi monstrum
nisi eo modo qui ponit ibidem: ⁊ ea causa se-
quitur vnde si q̄s aliter se ingesserit excōica-
nōis nouerit se mucrone percussuz ⁊c. ¶ Octa-
ua excōmunicatio ponit li.vj. de elec. in.c. fun
damenta. ⁊ est localis: vbi dicit q̄ excōmuni-
cati sint nominātes: eligentes vel assumētes
similiter notati electi vl̄ assumpti: similit ⁊ eis

odientes auxiliū: ꝓsilium vel fauorē dantes: t loquit de diligendo vel assumendo aliquem in senatorem t rectorem vrbis romane vltra annū t absq; licentia sedis aplice specialī: p ut in textu declarat: nec pōt absolui nisi p romanū pōtificem. ¶ Nona excōicato est ꝓtra eū qui vacāti imperio romano imperiū inuaserit: t ponit in extrauagan. Jo. xxij. q̄ incipit: si fratrū. vbi dicit: q si quis imperio vacan. virtute cuiuscūq; cōmissionis impatore mortuo sibi forte quocūq; colore quesito imperiū siue iurisdictionē eius inuaserit: nisi de licentia romani pontificis t omnes ei obedientes ꝓsiliū: auxiliū vel fauorē prestantes sunt excōicati t terra loca vl vniuersitates eisdē subiecta sunt interdicto supposita: vñ li. vj: de sen. t re iudi. in. c. ad aplice: circa finem: excōicant qui Friderico deposito tanq; impatori vel regi consilium auxiliū vel fauorē pstiterint. papa tñ absolutionē non reseruat. ¶ Decima excōicato ponit in quadā extrauagan. Jo. xxij. quā glo. sanct Benzel. t incipit dierū: vbi dicit q si q̄s in puincia ó marchia anchonitana romane ecclesie subiecta. rectorem vel alium ministrū siue officialem a sede aplica sibi deputatū occiderit: inuaserit vel male tractauerit: excōicatus est ipso facto: t pape reseruat absoluendus. ¶ Undecima excōicato cōmittitur in literis aplicis: t hoc tripliciter. Primo in eisdē indebite impetrandis: nam in quadā extrauagan. que incipit excōicamus t anathematizamus de qua etiā facit mentionē. Jo. an. de symonia in. c. cū essent. ibi excōicat omnes vtriusq; sexus qui factūr vel recipiūt promissionē vel pecuniā aut donationē vel vtilitatem quācunq; pro gratia vel iustitia ꝓsequenda a sede apostolica pro se vel pro alio in causis vel iudicijs aut alias per literas apostolicas t quibuscunq; modis apud sedē apostolicā obtinenda: similiter eos excōicat qui exciderint nec in triduo manifestauerint pape vel alicui per quē ad papā fideliter referat. t scienter vtentes talibus literis vl gratijs cū p̄missis excōicantre seruans sibijp̄i de oibus absolutionē: eandez extrauagan. allegat. Joh. an. in. lectura. super decre. nemo. de symonia: t est Bonifacij pape similiter auctor in directorio iuris. Idē Andre de butrio t dicit eā durare: vñ licet quidē dicant eā reuocatam tñ ꝓtrarium tutius est tenendū: non tñ hec excōicatio extenditur ad illum q̄ misit quendā ad curiā ad sollicitandū pro quadā sua p̄motione: cui tantū ꝓstituit de

salario: q; hoc non est symonia: vt no. Franc. de era. t qua. c. nuā. Secūdus vero in literis aplicis impugnādis: vñ in extrauagan. Bñdicti. xij. que incipit: q; nōnulli: ibi subdit q; q; cunq; impugnat literas electi in papā: aut ēt anteq; coronet: cū per ipam electionē canonice factā ius papatus sit acquisitū: t ex ipsa electione canonica sit ꝓfirmatus ac exercere possit officiū suum ante coronationē: vt patz xxij. di. c. in nomine dñi. talis ipso facto est excōicatus. Tertio denicq; in literis aplicis falsificandis: nā extra de crimi. falsi. c. ad falsarios. subdit. Nos oēs falsarios nostrarū literarū qui p se vel alios vitiū falsitatis exercēt cū defensoribus t fautoribus suis anathemat; vinculo decreuimus innodatos tē. Insuper t clerici officijs t beneficijs sunt p̄uati: sunteq; degradandi t curie seculari tradendi ac puniendi: prout patet ibidem: t addit Hostie. in summa: q; hodie p̄ceptum est vt in literis dñi pape nec in magno nec in modico q̄s audeat manū apponere: literā vnicā vel punctū vnicū corrigendo: vel etiā fm Rich. in. iij. di. vij. literā caducā reformando: exceptis officialibus quib; hoc cōmissum est: alioquin manus apponens ex canone lato in cena ipso facto sniam excōicationis incurrit q̄ per aliquē citra sedē aplicam relaxari non pōt. Idē Goff. tñ fm Rich. vbi. s. secus esset in literis quoz efficacia iam expirauit: nec intenderet eas vti nec etiam possent alicui esse vtiles. Preterea de cri. falsi. ca. dura. subditur. Inhibemus ne q̄s apud sedem aplicā literas nostras nisi a nobis vel de manibus eoz recipiant qui de mādato nostro ad illud sunt officiū deputati: psone vero solennes p nuntiū recipere pñt de manib; p̄dictoz. Item fr. glo. Berñ. ibidem hoc possunt etiā alie psone: sicut indifferenter quilibz hodie per nuncium impetret literas dūmodo tantū de manib; pape vel ad hoc per eū deputati recipiant alias enī falsē essent: t recipienti imponit ipso iure excōicatio tam clerico q̄ laico: fm Pe. de anch. licet textus prima facie tantū de laico videatur intelligi. Ceterū diuersimodi falsificandi literas papales ponunt ca. ti. c. licet. Denicq; in dicto. c. ad falsarioꝝ dicit Inno. iij. qui literis vt voluerint eas primo diligenter examinent: quoniam si falsis literis se vsos dixerint ignoranter eoꝝ fera penitētia euitare nequibit penas inferius annotatas tē. Pro quo nota fz Hostien. q; si simplex ignoranter vtitur talibus li-

ra:ium:q hypocrite per causas dei intentio ni deseruiunt seculi:q: p ipa quoq; se agere sancta ostendunt non conuersione querunt hoim:sed auras fauoz:t ira simulant mendaciter intentionem rectam q̄ nō hnt: q̄uis non simulant aliq̄d opus rectum quod non agant. Unde hypocrisis sit mendaciū opis vt pote simulatio q̄dam illius qō non est: iō sicut in mendacio sic etiam in hypocrisi vel simulatione duo sunt: vnuz q̄dem est sicut signum:t aliud signatū. Dala aūt intentio in hypocrisi consideraf sicut signatum quod non respondet signo:exteriora vero vel ꝓba vel opa vel quecunq; similia considerantur in omni simulatione t mendacio sicut signa Cum igitur intentio qō est signatum non respondet verbo vel operi vel cuicunq; simili tanq̄ signo:tunc est ibidem simulatio. Ex dictis ergo patet q omnis hypocrisis est simulatio:sed non omnis simulatio est hypocrisis. ¶ Secundo queri potest: vtrum gerens habitum sanctitatis vel religionis non tamen habens meritum perfectionis censendus sit hypocrita: presertim cum illi qui tenent habitum sanctitatis t non exequunf meritum p fectiōis: simulatores censendi sint:q: exterior habitus sanctitatiz opa signat perfectionis. Ad hoc dicendum fm Aste. li. ij. ti. xxvij. q talis hypocrita censeri non debeat. Cuius rō est: q: habitus sanctitatis vel religionis vel clericatus signat quidem statum quo quis obligatur ad opa perfectionis: t ideo cum quis habitum sanctitatis assumit: intendens ad statum perfectionis se transferre: si per infirmitatem deficiat: non est simulator vel hypocrita: q: non tenetur manifestare suum peccatum habitū sanctitatis deponendo. Dicit enim Grego. xxxj. moral. Sunt nonnulli qui sanctitatis habitum tenent t perfectionis meritum exequi non valent: hos nequaq̄ credendum est in hypocritarum numerum currere: q: aliud est infirmitate peccare t aliud malicia. Si tñ habitum sanctitatis quis assumeret vt sub iustū ostentaret: hypocrita t simulator esset si opera bona ex genere ad seruitium dei pertinentia faceret ad inanem gloriam vel ꝓpter questum cupiditatis. ¶ Tertio ꝙo q̄ri pōt vtr ois simulatio sit peccatuz: presentim cū dicit Hiero. t ponit. xxij. q. ij. c. vtilem simulationem t in tempore assumendā Jheu regis israel nos doceat exēplum: qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal nisi finxisset se idolum velle colere dicens: Congregate mihi omnes sacerdotes Baal: Achab rex seruuit ei in paucis ego seruā ei in multis: vt habetur. iij. Reguz. x. Et Dauid q̄n mutauit faciem suā coram Abimelech t dimisit eum t abijt: vt p̄z. j. Reg. xxj. Sic ie sus finxit se longius ire: vt patet Luce vlti. Ad hoc fm Tho. dicenduz vbi supra: q ad virtutem veritatis p̄tinet vt aliquis talem se exhibeat exterius p exteriora signa qualis est. Signa aūt exteriora non solum sunt verba sed etiam facta. Sic ergo veritati opponitur q aliquis per exteriora verba aliud significet q̄ apud se habet: qō ad mendaciū p̄tinet: sic etiam opponitur veritati q aliq̄s p aliqua signa factoz vel rerum aliquid de se significet contrarium eius quod in eo est: quod ꝓprie simulario dicitur. Unde simulatio proprie est quoddam mendacium in exteriorz factoz lignis consistens: non refert aūt vtrum quis mentiatur verbo vel quocunq; facto: cum enim eadem intentio fallendi sit vtrobiq;: equaliter vterq; peccat: verbū em̄ t factum assumuntur vt instrumentum fallendi: t sic non refert q̄tum ad petm̄ vtrum quis verbo scripto nutu vel quocunq; facto mentiatur: sicut nec refert q̄tum ad homicidium vtrum quis gladio vel securi interficiat. Cū igit oē mendaciū sit petm̄ vt dictū est supra: consequens est q ois simulatio sit petm̄. Ueruntñ vt dicit Aug. in lib. de questionibus euangelij. Non omne quod fingimus mendacium est. sed q̄n id fingimus qō nihil signat tunc est mendacium. Cum ergo fictio nostra refertur ad aliquaz significationem non est mendacium: sed aliqua figura veritatis. ¶ Ad maiorem aūt euidentiaz dicit Bonauen. in iij. t Alexander angli. q tripler est simulatio. Prima est instructiōis t hec fuit in christo cum finxit se lōgius ire: quia composuit motum suuz quasi volentis longius ire: ad aliquid figurate significandum. s. q ipse ab eozum fide longius erat: vt dicit Grego. vel vt dicit Aug. quia inde longius recessurus erat ascendendo in celum: et per hospitalitatem quodammodo retinebatur in terra. Uel etiam in hoc erudiuit suos ad exhibendum membris eius officium hospitalitatis: quo discipuli coegerunt eum apud se manere: per quod etiam meruerunt eum cognoscere. Secunda vero simulatio

ēt cautele que fiunt in Dauid: vnde ⁊ habet j. Regū. xxj. ⁊ ibi mgr in hist oriis. Cū Dauid fugisset ad Achis regē Geth indicauerūt hoc regi dicentes: q̄ ipse rex erat in isrl qui latebat apud eū: ⁊ de vicino hostem reciperet si saluum eum seruaret: et timuit Dauid precipue: q̄ miserat Saul ad Achis vt redderet ei seruū suū fugitiuū. Cū q̄ traheret ad regē simulauit furorem ⁊ imutauit os suum aliena loquens sicut insanus: ⁊ collabebat inf manus eoꝝ sicut epylenticus: defluebāt q̄ salue eius in barbā: sicut in tali passione fieri solet: ⁊ impingebat in ostia porte quasi per clausam portam ingredi volens: ⁊ q̄ furi osi erant agebat: vt fidem regi vere passiōis ostenderet. Et ait rex. Nō ingrediat hic arreptici⁹: ⁊ dimisit Dauid et abyt: hoc ibi. Nec dicendū est Dauid in illa simulatione peccasse: quia vt subdit in dicto. c. vtilem. Nec mirum q̄ uis iustos hoies ramē aliq̄ simulare p tempore ob suā ⁊ aliox̄ salutem: cum et ipe dns est noster Ihesus chr̄s peccatū nō habens nec carnē peti: simulationē peccatricis carnis assumpsit: vt cōdemnans i carne peccatū nos in se faceret iusticiam dei: hoc ibi. Glo. vt sic falleret diabolū. Dicit enim augustinus. Si diabol⁹ cum filium dei sciuisset nunq̄ cum a iud. is crucifigi passus fuisset. Vultū igit intereſt ex qua causa fiat simulatio. Dicit cm̄ glo. B:. x. xxvij. dist. c. q̄d inf rogasti. sup verbo: fingit: q̄ quedam simulatio fit ex honesta causa: ⁊ quedā ex inhonesta. Ex hōesta causa fit vt dicto. c. vtilem. ⁊. xxiij q. j. c. Dominus deus noster iubet ad Ihesū nauc vt constituat sibi retro: sum insidias. Glo. Sic g̃ p insidias ⁊ p dolū possum⁹ licite vincere hostes nr̄os: ⁊ hoc in iusto bello et in iusta ⁊ licita causa: vt. xliij. di. c. in mandatis. circa fi. dū tm̄ hosti fidē nō rumpam⁹: vt. c. q. c. noli. Et idē dicas de aduocato q̄ si iustam habet causā licite p̄t aduersariū suum decipere. Sequit in glo. super verbo: fingit. Silr si q̄s simulat se religionē intrare p̄pter timorē: talis simulatio nō nocet: dū mō p̄testatio p̄cedat: vt extra de his q̄ metus causa fiunt. c. platū. vbi plane de hoc. Simulatio q̄n ex inhonestate causa sp facit monachū ⁊ semp est peꝛm: nec talis admitteret⁹ si vellet pharisēorū: vt extra de regula. c. vidua. C. de lati. li. rollenda. l. vnica § sed qui sum⁹. Et nota q̄ sm Faucentinū est fictio opis: ⁊ est fictio intentiōis. Fictio intentiōis est cū quis licite accedit ad baptismū: ⁊ licet ficte accedat tamen verū baptismū accipit: vt. j. q. j. c sicut ficti. Similr si q̄s ficte fit monachus ad hoc vt possit fieri abbas: nihilominus est monachus: licet ficta ⁊ nō syncera sit ei⁹ intentio: ⁊ idem casus est ibidē in textu. Fictio ꝑo opis dicit vbi factū fingit esse quod non fiat: vt ff. de ritu nupt. simulare: vel cū simulat se vendere ⁊ donat. Tertia veniq̄ simulatio est duplicitatis ⁊ hec est in hypocritis: que enim tenet rōnem mendacij: non autem ꝑma ⁊ secunda: ⁊ ideo est semper peccatum.

Ad cui⁹ euidentiā queri potest: vtrum hypocrisis sit semper mortale peccatum: p̄sertim cum dicit Hiero. Esa. xvj. in glo. q̄ in cōparatione duoꝝ malorū leuius est a parte peccare q̄ sanctitatem simulare. Et sup illō Job. ij. Sicut domino placuit. dicit glos. q̄ simulata equitas non est equitas sed duplicatum peccatum. Nimirū: cū dicit Gregorius. xxxj. moral q̄ hypocrite ex malicia peccant: sed hoc est grauissimū: quia pertiet ad peccatum in spiritū sanctū. Ad h̄ dicendum sm Thomā. ⁊ Astēn. vbi supra: q̄ in hypocrisi principaliter sunt duo. s. defectus sanctitatis ⁊ simulatio ipsius. Si igit ille dicitur hypocrita cuius intentio fertur ad vtrūq̄: vt. s. aliquis non curet sanctitatem hr̄e: sed solū sanctus apparere: sicut accipit consuetudo in sacra scriptura sic manifestū est q̄ peccatum mortale: ⁊ tales hypocrite cōmuniter fuerunt scribe ⁊ pharisei. Si autem ille dicat hypocrita qui intendit simulare sanctitatem a qua deficit per mortale peccatū: tūc q̄ uis sit in mortali peccato: nō tm̄ ipa simulatio sp est ei peccatum mortale: sz erit q̄nq̄ veniale. Et hoc discernendū est ex fine. Nā si finis repugnat charitati dei vel p̄ximi: tunc erit pcm̄ mortale: sicut etiam cōmuniter contingit in scribis ⁊ pharisēis. Exempli gratia: cum quis simulat sanctitatem vel falsam seminet doctrinam vel vt indignus ecclesiasticam adipiscat dignitatē seu quecūq̄ alia bona temporalia in quibus finem constituit: multo magis autem si p̄opter vanā gloriā in q̄ finē constituit. Si ꝑo finis intentus charitati non repugnat erit peccatū veniale: pura cū quis in ipsa fictione delectat. de quo dr plus in. liij. Ethicoꝝ. q̄ magis videtur vana q̄ mala. Cōtingit etiā quandoq̄ q̄ aliquis simulat perfectionē sanctitatis que non est de necessitate salutis. ⁊ talis simulatio nec est

semper peccatū mortale: nec semp cum peccato mortali. Contingit denicq; q; aliqs simulat sanctitatē solū ad dei honorē et proximorum edificationē: et tūc nō peccat sed potius meret: dūmodo fuerit in charitate vt cū aliquis religiosus maiorem religiositatē ostendit coram secularibus q̄ coram suis fratribus vt magis edificentur: q; tunc oēs opa sua coram hominibus vt glorificent patrē. Et si queritur: cur christus Jesus in euangelio rotiens hypocrisim detestat. Respondet Astēn. ibidē: q; hoc fecit ppt̄ tria. Primo: quia illi pharisei et scribe q̄b dns loquebat plurimi erant hypocrite pessimi: vt ibi patebit. Secdo: quia hypocrita cōtrarius est op̄i diuino. Vt enim dicit Aug. in enchiridion. Dns ordinat malum in bonū: hypocrita ꝙ conuertit bonum in malū. Tertio: quia contrarius est toti trinitati. s. patri: vsurpat enim gloriā que patri attribuitur: et filio qui est veritas et vita. Quid enī est hypocrisis nisi falsa vita vel doctrina: vel iustitia apparens bona et existēs mala que triplex falsitas veritati cōtrariat: et spūi sancto cui bonitas attribuit. hypocrita nāq; nō curat bonus ee sed bonus apparere. Cō coridat Alex. an. His igit generalit̄ p̄missis nunc ad particularia ipius hypocrisis descendentes: ex pharisęor scribarū et iurisperitorū hypocrisi exempla sumamus. Nā chīs Dat. xxiij. principalit̄ et in diuersis passibus euangelistarū ex effectu multiplici culpam hypocrisis eorum euidenter ostendit. Et quia vt dictū est hypocrisis est falsa simulatio q̄ veritati opponitur: et veritas triplex distinguitur. s. doctrine que consistit in quadā manifestatiōe eorum de quibus est scientia: et veritas iustitie que consistit in quadam rectitudine regulata fm regulam legis diuine. s. quam aliquis seruat rectitudinem in iudicijs et alijs que sunt ad alterum: et veritas vite fm quam aliquid est verum. Dicitur autē vera vita sicut et quelibet alia res: ex hoc q̄ attingit suam regulam et mensuram fm legem diuinam: per cuius conformitatem habet rectitudinem: et fm hanc recte viuit in seipso. Ideo dominus ostendit in euangelio qualiter dicti pharisei et iurisperiti per hypocrisim veritatem hanc triplicem damnabiliter corrumpebant: et hoc propter inuidiam vanam gloriam vel auaritiā. Qō p̄euidens in spū Joannes baptista: et videns multos pharisęorum et saduccęor venientes ad baptismū suū vt habet Dat. iij. non tñ credentes fm veritatem sed fm simulationē et insidiationē vetustā dicit Josephus in lib. antiquitatū. xix. dixit ad eos. Genimina viperarū q; venenū et rotis et hypocrisis a suis progenitoribus traxerunt: quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira: quasi diceret: licet falsitas vestra lateat in conspectu ppl̄i: tñ in iudicio dei latere nō potest. Hinc ait dns Lu. xij. Attendite a fermento pharisęorū q̄d est hypocrisis: ne. s. per eor hypocrisim auertamini a fidei veritate: nihil ei opertū q̄d nō reuelet et; falsitas eorū in diuino iudicio manifestabit.

¶ Primo igit damnabiliter corrūpebant veritatē doctrine: et hoc q̄ntū ex liuore inuidie: vt p̄z Dat. xxiij. vbi dr. Vę vobis scribe et pharisei hypocrite qui claditis regnū celor ante homines. i. est eternā beatitudinem. cuius ostium chīs est clausis ostiū est doctrina vel auctoritas docendi. Dicit enī Lu. c. xj. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie per quā. s. intellectus verus interius latens aperiri debet: vnde p̄ sanā doctrinā aperit hoc ostiū: et p̄ falsam claudit sicut ipi fecerūt septa decimo in lege et ppheticis eorum pendo. Sequit. Vos enim non intrastis: et a cognatōe quā a chīo habuerit primo p̄ odiū et rancorem: conuersi sūt i errorem: et hoc ideo q̄s postq̄ p̄dicare: cepit ꝰ eos: pp̄: q̄s passionib; excecati sunt et obdurati in malo: et ideo omnia bona que fecit chīs interpretati sunt in malū: et hoc vocat scandalū pharisęor: vt; Datt. xv. Vbi cōfutata eor subdola malicia dixerūt di cipuli magister scis: q; pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt: q̄ respondit. Sinite illos ceci sunt et duces cecorū. Vnde intantū erant excecati q̄ chīo demonia eiciente dicerent eū i beelzebub ejicere demonia: excecauit ei nos malicia eorum: vt dicit Sap̄. ij. Et tñ excecatores se nō credebant. Nā cis q̄rentibus Joan. ix. Nunq̄d et nos ceci sumus. Rndit Jesus. Si ceci esse tis: id est ignorātes scripturas et ppheias de me: non haberetis p̄cm. s. intantū q̄ntū nūc sed q; dicitis: q; videmus: id est reputatis vos intelligere scripturas: p̄cm vr̄m manet id est aggrauat. Nimirū nec em̄ ipsi volebāt in eū credere: nec alios p̄mittebant ad credulitatē venire: tā em̄ vt dicit ibidē Joā. ix. cōspirauerāt: vt si qs eū ꝯfiteret chīm: extra synagogā fieret. Ecce q̄le fermentū facit malē dict⁹ liuor inuidie. Qnōq; vero veritatē do-

etrine corrumpebat ex appetitu vane glorie. Unde Dat.xxiij.dicit. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q circuitis mare et aridā vt faceatis vnū pselitū: et cum factus fuerit facitis eū filiū gehenne duplo ꝙ vos. Postolitus legis docebat q de gentilitate ad iudaismū cōuertebat: q per vitā malā eos in moribus corrumpebat et in moribus deprauat ad gentilē ritū reuertebat: sic ꝙ fiebat apostata a lege quā obseruare promiserat: ac pōs in fide pariter et in moribus peccauerat. Et hoc faciebāt sm Chrys. sup hūc locū ppt vanam gloriā vel etiā ppter auariciā. Dicit etiā Hilarius q maris et terre pgratiōe significat istorū orbis finibus eos esse christi euangelio obtrectaturos et legis iugo cōtra iustificationē fidei aliquos subituros: ḡrū futurorum raritas in vno indicat nec ꝙ cū post christi p̄dicationē doctrine eorum fides relicta est: sed q̄s acquisitus fuerit ad fidem iudeorum filius gehenne hic ille. Hūius vane glorie causa diligebāt p̄mos accubitos i cenis: p̄mas cathedras in synagogis: salutatōes in foro: et vocari ab hoibus rabbi. Et hec fuit etiā vna causa cur i christum credere nolebant: sic ait Joan.v. Quō vos potestis credere q gloriā ab inuicē accipitis et gloriā que a solo deo est non queritis? Alchimus ibidē dicit Ideo non possunt credere q superbia mens eorum laudari desiderat et se sup alios offerre cum econtra vidēbant christum pauperē et vilem cui subiici refugebant Quando ꝙ denique veritatem doctrine ex affectu auaricie corrūpebant. Unde ait Dat.xxiij. Ve vobis duces ceci qui dicitis: quicunq iuraucrit per templum nihil est: qui autē iuraucrit in auro templi debitor est etc. Pro q nota q ex cupiditate auri et doni emanauit talis error ab eis: q qui iurabant per templū vel altare non peccabāt nec erant in aliquo obligati: qui vero iurabant per aurū templi vel donū altaris erant obligati ad absoluendū sacerdotibus certā quantam auri vel etiā tantū q̄ntū valebat illud donū. Insuper dicit ibidē Chrys. q sacerdotes aurū quo ipi delectabant et dona quib⁹ ipsi pascebant: sanctiora dicebāt eē ꝙ ipm templū: vt hoīes promptiores facerent ad offerenda dona ꝙ ad preces fundendas in templo. Sic ex auaricia docebāt filios parentib⁹ debita offerre in templo: dicit enim Dat.xv. Quare transgredimini mandatū dei ppt traditionē vestrā? Deus enim dixit. Honora patrē et matrem

et vos dicitis: quicū ꝙ dixerit patri vel matri munus qd est ex me. s. deo oblatū et consecratū: prderit etiā tibi magis. s. ꝙ si expenderes in necessitates tuas. Glo. ibidē vt sit sensus qd ego offero deo et mihi et tibi prderit: et idō nō debes sumere res meas in tuos vsus sed pati vt deo offeram. Secdo corrumpebāt veritatē iusticie et hoc vel ex liuore inuidie: sic Dat.xv. Non amore iusticie sed liuore inuidie christum in suis discipulis arguebant: tā ꝙ contemptore doctrine seniorum: vt sic eos reddderent odiosū pplo. Quare inquiunt discipuli tui transgrediunt traditōes seniorū? non enim lauant manus cū panē māducāt. Dultras enim hmōi traditiones obseruandas statuerūt: vt zelatores iusticie viderent: et propter hec christum in suis redarguebant: nō motu zelo iusticie sed liuore inuidie. Sic et Dat. xij. discipulis spicas vellentib⁹ improperabant christo dicentes. Ecce discipuli tui faciunt qd non licet eis facere sabbato. Et idō concludit cōtra eos dōs Dat xv. dicēs: hypocrite bene prophetauit vobis Esaias. xxix. licet sub alijs verbis. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum longe est a me: quia liuorem inuidie per hoc fouere q̄rebant: sicut patet expresse Joā. viij. cū obtulerūt mulierem in adulterio deprehensam quasi requirentes iusticiam: cum tamen ibidem subditur: hoc dicebant tentantes eum vt possent accusare eum. Vel etiā corrumpebāt veritatē iustitie ex appetitu vane glorie: multas nanq traditiones et obseruationes inducebant non faciendo sed docendo vt sic hominibus iusti et honorabiles apparerent. Hūc dicit Lu.xj. Ve vobis legisperitis qui oneratis homines oneribus que portari non possunt: et ipi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Et nihilominus tumebant ppa cōplacentia et vana gloria tanq iusti: et sic aspernabant ceteros ad quos christus direxit parabolam de pharisco et publicano: q ponit Luce.xviij. In talibus cū nihil est nisi quedam falsa species sanctitatis vel honestatis: quib⁹ iratus dominus Dat.xxiij. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite q similes estis sepulchris dealbatis q apparent a foris hominib⁹ speciosa: intus vero plena sūt ossib⁹ mortuorū et oi spurcicia sic et vos a foris qdē paretis hoib⁹ iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi et iniqtate. Vel denique corrumpebant eā ex affectu auaricie: dū

enim Mat. xxiij. Ve vobis scribe t pharisei hypocrite q decimatis mentā t anhelitū et ciminū t relinquitis que grauiora sūt legis: iudiciū misericordiā t fidē. Hiere. ibidez ex hoc capitulo arguit eos auaricie q studiose etiā viliū olerū decimas exigant t iudicium in disceptatiōe negociorū misericordiāq in pauperes t fidē in deū q magna sūt pretermittant. Chry. ibidē Sacerdotes auaricia pleni si de decimā alicuius rei vel minime non obtulisset: corripiebant eum quasi magnuz crimen fecisset: si qs autē alterū ledebat aut in deū peccabat: nō curabant cuz corripere: de lucro suo solliciti de glezia dei t de salute hoim negligentes. Tertio corrumpebant veritatē vite t hoc etiā tripliciter. Primo ex inuidie: t de hoc habet Lu. xx. vbi pn̄cipes sacerdotū t scribe querebant Jesum capere propt parabolam cōtra eos dictā sz timuerūt pp̄lm propt quod consiliū inierūt vt eū caperēt in sermone: miseruntq insidiatores qui se iustos simularent. s. quosdā discipulos cū herodianis vt sic ficta iusticia Iesum redderent incautū: vt sic discipuli caperent eū in sermōe: t milites herodis cū raperent ad puniendū t dicunt ei. Magister scimus quia verax es. s. in vita: t viam dei in veritate doces. s. in sana doctrina: t non est tibi cura de aliquo: in quo apparet tua iusticia: t sic cum cōmendauerūt licet fallaciter de veritate doctrine iusticie t vite: vt liberiorem redderent ad respondendū: t deinde ponunt ei questionē b̄rigosam dicentes. Licet censum dare cesari an non? Vt si diceret non esse licitū. iudicaret cōtrari⁹ cesari: si diceret esse licitū videret contrari⁹ libertati populi t diuino honori. Cognita igit Jesus eorum nequitia dixit: quid me tentatis hypocrite: quasi diceret: non queritis veritatem addiscere sz me vbis capere. Scdo voet motiuo vane glorie. Dicit em̄ Jesus Matthei xxiij. Omnia opera sua faciunt vt videant ab hominibus. s. propter vanā vel humanā gloriā: dilatant em̄ phylacteria sua. s. p alus vt videant magis religiosi: t magnificabāt fimbrias suas. Et Mat. vj. dr. Cum facis elemosynam noli tuba cancre sicut hypocrite faciunt: non ad pauperum vocationem sz ad propriam ostentationem. Eadem etiam causa culpantur Matt. xxiij. q edificant sepulchra pphetarum quia sm Chrys. ibidē dicebant apud se. Si benefecerimus pauperibus non multi vident t protempore videt: nonne ergo meli⁹ edificia facimus que cūcti aspiciunt non solū in hoc tpe sed etiā in posterū. O insipiens homo quid tibi prodest post mortē ista memoria: si vbi es requiris t vbi non es laudaris? hec ille. Et iterum ibi. Cum oratis non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis t angulis platearū stantes orare. Chrysostom⁹ vt videant absconse orare t sic dupliciter laudent: t quia orant t quia absconse orant: t hoc vt videant ab hominibus Et iterū ibidē. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes: exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Chrysostomus ibidē. Si quis ieiunat t tristem se facit hypocrita est: tanto magis iniquior est qui nō ieiunat sz argumentis quibusdā in facie sua pingit venale pallorē quasi ieiunij signū. Prohis igit t similib⁹ ait dns Mat xxiij. Ve vobis scribe t pharisei hypocrite q mundatis qd̄ deforis est calicis t parapsidis: intus aūt pleni estis rapina t immundicia: pharisee cece munda p⁹ quod intus est calicis t parapsidis: vt fiat id qd̄ est deforis mundū. Origenes ibidem Hic sermo nos instruit vt festinemus esse iusti non apparere. Qui enim studet vt appareat a iustus: que a foris sunt mundat t que vident curat: cor aūt t conscientiā negligit: q aūt studet ea que intus sunt i. cogitationes mundare: consequēns est vt etiā que foris sunt faciat munda. Tertio denigz ex affectu auaricie. Vñ Mat. xxiij. Ve vobis scribe t pharisei hypocrite q cōmedits domos viduarū in oratione longa orantes: propt hoc amplius accipietis iudiciū. Quod a nobis auertat Jesus chūs in secula bñdict⁹. Amen.

Sequuntur sermones de precepto nono t decimo

De concupiscentijs in generali ac processu tentatōis: t cur oīs tentatio diabolo ascribit: ac vtrū prothoparētes tentari debuerāt

Sermo primus

On concupiſces.

n domum proximi tui: nec deſiderabis uxorem eius: nō ſervum: non ancillam: non bouem: non aſinum. nec omnia que illius ſunt. Exod. xx. In his verbis dominus constringit pariter explicite duo ultima precepta: implicite vero prohibet dominus in eis vniuerſaliter omnem concupiſcentiam inordinatā ꝛ pravam cupiditatem. Et ſic in his duobꝰ preceptis prohibentur peccata cordis: ſicut in precedentibus prohibentur peccata operis. ¶ Et ſi quæritur cur deus hec duo precepta addidit que prohibent affectum: cum ꝛ in predictis preceptis implicite data ſunt: vtpote que prohibent manum ꝛ affectum. Ad hoc dicendum ſcōm Alexandrum an. in. iij. ſuo: q aliquando contingit peccatum eſſe in voluntate non ſequente opere: ne ergo quis crederet eſſe peccatum tm: cum opꝰ coniungitur voluntati: ideo ſeperatim prohibuit malam voluntatem. Nihilominus tamen cum opus voluntatem ſequitur: tūc voluntas et opus exterius ſi conſiderentur in radice ſcilicet libidine ꝛ intentione ſunt idem peccatum ſi vero conſideretur voluntas in ſe ꝛ opus in ſe: tunc alie ſunt circumſtantie boni debite actui exteriori q̄ voluntati: quia diuerſificatur modus: locus: tempus ꝛ quedam alie circumſtantie: licet circumſtantia finis ſit eadem. Vtergo rudibus daretur intelligi q ſola prava voluntas ſine opere comitante vel conſequente peccatum eſſet. ideo de voluntate ſpecialia dedit mandata. Dicit etiam Richardus in. iij. di. xxx. q concupiſcentia vtris dupliciter conſiderari poteſt. Aut inquantum ex ipſa cauſatur exterior actus mechandi: ꝛ ſic eadem prohibitione prohibēr cum exteriori actu aut inquantum ex ipſa non ſequitur actus exterior: ſicut quando concupiſcens impeditur ne perpetrare poſſit factum exterius: et ne putari poſſet talis concupiſcentia culpa non eſſe: ideo prohibetur in iſto precepto: quando non ſequitur actus exterior propter aliquod impediens: ſicut in tertio precepto ſecunde tabule prohibetur ſimul actus mechandi ꝛ inordinata concupiſcentia interior a qua progreditur actus ille: ꝛ accipitur hic concupiſcentia non pro paſſione appetitus ſenſitiui: ſed pro deliberatiua volūtate mechandi. Et eodem modo dici poteſt de prohibitione furti ꝛ de concupiſcentia poſſeſſionis proximi: ac p conſequens de tranſgreſſione actuali aliorum preceptorum ꝛ de concupiſcentia eorum. In his etiam duobus ſcilicet in mechia ꝛ cupiditate magis prohibet ſe oꝛſum voluntatem ꝛ opus q̄ in alijs: quia delectatio mechie ꝛ vtilitas diuitiarum ſūt propter ſe magis delectabilia: inquātum habent rationem delectabilis vel vtilis: ꝛ ideo debuit in eis opus ꝛ concupiſcēna prohiberi. Vnde ꝛ propter improbitatem libidinis tales concupiſcentie citius progrediuntur in externus opus: nimirum cum ad hanc duplicem cōcupiſcentiam natura coꝛrupta maxime inclinet. Nam ad concupiſcentiam oculoꝛ inclinat p̄pter ſui conſeruationem in eſſe indiuidui: ꝛ ad concupiſcēntiam carnis inclinat p̄pter ſui conſeruationem in eſſe ſpecici. Inſuper hec duplex concupiſcentia prohibetur p̄pter tria damna que facit in hoie. Primum eſt q aiam deteſtabiliter inficit ꝛ maculat: q̄ concupiſcēna carnis eſt ſicut aqua fluens: cōcupiſcentia oculoꝛ ſicut terra propter aridit atem terrene affectionis: ꝛ ideo ſicut ex terra ꝛ aqua fit lutum naturale: ſi ex hac duplici cōcupiſcentia fit lutum ſpirituale quo ſordidatur anima: ac per conſequens deſpicabilis ꝛ fetida reddit in conſpectu dei ad modum vilisſimi luti. Secūdum eſt q ad moduꝛ ignis extinguibilis aiam inflammat de quo Job. xxxj. Ignis eſt vſq̄ ad conſummationem devoꝛans: ac p conſequens aiam incinerat: aie bona ſpiritualia ad nihiluꝫ redigens. ꝛ tunc ſuperuenit ſoꝛor eius tertia ſcilicet ſuperbia vite: que ad modum venti ſuffiat ꝛ in cinerem redactam ad modū puluꝫ vſq̄ quaq̄ diſpergit. Sicut i p̄s. j. dr. de impio. Et ipe tanq̄ puluis quem proiicit ventus a facie terre. Tertiū eſt q vtraq̄ cōcupiſcēntia tanq̄ inſatiabilis aiam ſimp cruciat: vnde dr prouerbioꝛ. iij. Hec ſūt due filie ſanguiſuge clamantes affer affer. Nam oculoꝛ concupiſcentia dicit affer diuitias: carnis vero concupiſcentia dicit affer delitias: ꝛ appetitus vtriuſq̄ inſatiabilis eſt. ¶ Preterea ſi queritur vtrum hec duo precepta de nō concupiſcendo malum ſint precepta legis naturalis. Ad hoc reſponder Aſteñ. libro. j. ti. xliij. q ſic: quia ſicut in coꝛde noſtro ſcriptum eſt q non eſt faciendum malum ſic etiam in ea ſcriptum eſt q malum nō eſt ꝛcu

pīscendum. Nec obstat illud qđ ponit Ro, vij. Concupiscentiā nesciebā nisi lex diceret Nō cupisces: qz aplus loquit i psona eoz in quib lex naturalis erat intantū obscurata q nesciebant vrz đcupiscentia erat petm̄. Et ꝯrū ad hos đt glosa: nesciebā petm̄ esse In aliquib aūt nō erat ita obtenebrata q hn̄ sciret esse petm̄ sed nō tā graue: z ꝯrū ad hos đt glosa vel tā graue. Et sic non est simpliciter verū illud qđ legit. Lex cohibet manū nō animū. licet scđm qđ verū est: q ꝑter euangeliū a lege supabundat. Hā lex actus cordis phibet i istis p̄ceptis: ne iudei rudes z carnales putarent ipm esse cessum. Sed in duob supabundat euangeliū. Primo in generaliter phibendi: quia Matth. v. phibetur actus cordis inordinat scđm vim irascibilem z concupiscibilē: in lege ꝯo tm̄ scđm vim concupiscibilem. Secundo supabundat in expressione: qz in lege nō phibet nisi affectionis inordinatio: cū đr nō cōcupisces in euangelio ꝯo phibet ēt intentio cogitat ōis Matth. v. vbi đr. Si videris mulierē ad cōcupiscendū eā ꝛc. i. si oculū habeas intentionis in mulierē cogitando vt cōcupiscat eā iā mechat⁹ es ꝛc. Cōcordat Alex. angli. in. ij. Et scđm eosdē in his duob p̄ceptis phibet cōcupiscentia generalis: qz oē concupitū est extra. Aut igit est nobiscū cōicans: z sic intelligit q vrozē scđm modum decalogi q ipy nedochen a parte totū. Vel non est nobiscū cōicans: z sic intelligit q rem primi. Et iō de generali cōcupiscentia prosequi cupiēres originē z pgressum illi⁹ breui stilo ꝓstringamus. Sed qz in magis appetibilib scđm animā corrupta hec potissime relucent: ideo de carnalib sumam⁹ exēplum. Dicit em̄ Gre, go. in moralib q ex q luxuria semel mentem occupauerit: vix eā bona desideria cogitare pmittit. Et rōnem addit dicens: Sunt em̄ viscosa desideria qz ex suggestione orit cogitatio: ex cogitatione affectio: ex affectione delectatio: ex delectatione ꝯsensus: ex cōsensu opatio: ex opatione cōsuetudo: ex ꝯsuetudine desperatio: ex desperatione petri defensio: ex defensione gloriatio: z ex gloriatiōe damnatio. Ex qua aucto: trate ptz q Grego. suggestionem ponit tanq̄ originem z initium in progressu vitioz. Preterea licet fm eundem Grego triplex est spūs q talē suggestionem ingerit đs inqt spūs sit qui loquat ipa suggestio declarabit. Spūs em̄ naturalis vel sensualis mollia z voluptuosa: spiritꝰ mundi vana: spūs diaboli vel malicie amara loquitur: tamen omnes tentationes hmōi diabolo non immerito ascribuntur: cuius proprium officium est tētare. ℣ Pro quo nota fm Tho. in. ij. q diabolus solus tentare dicitur rōne triplici. Primo ratione inceptionis: nam ipe primo tentauit hoiem: ex q̄ temptatione parata est alijs tentationis via Secundo ratione intentionis quia soli diabolo z membris eius conuenit impugnare virtutem cum intentione occidendi hoiem per petm̄: hoc enim caro nō intendit: sed fruicognito delectabili. Tertio ratione cooperationis: nam ipe diabolus vtitur rebus mundi z carne: sicut instrumentis ad tentandum hoiem. Unde Bern̄. in quodam sermone dicit q demonum est mala suggerere: nostrū est non consentire: quotiens eis resistimus totiens eos superamus: angelos glorificam⁹: deum honoramus: qui intrat vt pugnem⁹: adiuuat vt vincamus: conciliat ne deficiam⁹ hec ille. Et licet etiam impugnamur a carne: tamen vt dicit Ambro. super Lucā: anima nunquam a corpore vinceret nisi prius a diabolo tenceretur. Et infra. Sine permissione dei diabolum nocere non posse cognoscas: ne poten̄ etiam diaboli magis timeas q̄ diuinitatis offensam. Fidelis aūt deus fm aptum qui n̄ patietur vos tentari supra id quod potestis. s. sustinere: sed faciet etiaz cū tentatione prouentum. Dicit insuper Isidorus li. ij. de summo bono: q quando diabolus decipere quenq̄ querit primus naturam vnius cuiusq̄ intendit deinde applicat vnde aptum hominem ad peccandum inspexerit. Et ideo diabolus vilissimo lenoni conuenienter assimilari potest. Nam leno vt adulter vilissimus ad decipiendum mulieres quam cunq̄ sicut illam subdolis adinuentionib z blādicijs aggredit vt ad cōsensum alliciat: sic etiam diabol⁹ velut adulter libidinosus animā p̄jo p suggestiones alloquit z fallacit blādit. Sicut Sichem blādicijs deliniuit Dinā filiā Jacob vt legit Gen̄. xxxiij. quc tristis erat: qz corrupta fuit. Sic diabolus ꝑter casum in conscientia cōtristatus falsis sponsionibus demulcet promittens longam vitam: futurā penitentiā diuinam misericordiam z finez felicem. Sed multū cauendus est serpens iste lubricus z versipellis vtpote de quo dicit Isidorus lib. iij. de sum. bono.

Diabolus serpens est lubricus: cuius si ca//piti .i. prime suggestioni non resistit: tot⁹ in//terna cordis dū nō sentit illabit. Hic que ri potest vtrū diabol⁹ pōt inducere hominē ad peccandū interius instigando: presertim cū interiores motus anie sunt q̄dā ep̄a vite: sed nullū opus vite potest esse nisi ab intrin//seco ꝓncipio: nec etiā opus anie vegetabilis q̄ est infimū inter opera vite. Ad hoc dicen dū fm Tho. j. q̄. lxxx. q̄ interio: pars anie est intellectiua z sensitiua. Intellectiua aūt continet intellectū z voluntatē. Intellectus igit per se quidē mouet ab aliquo ip̄m illu//minante ad cognitionē veritatis: quod dia//bolus circa hoiem nō intendit sed magis ra//tionem ipsius obtenebrat ad cōsentiendum petō. Que quidem obtenebratio ꝓuenit ex fantasia z appetitu sensitiuo: vnde tota in//terio: operatio diaboli videtur esse circa fan tasiam z appetitū sensitiuū: quoz vtrūq̄ cō mouendo pōt ad petm̄ inducere: q: pōt ope//rari ad hoc q̄ imaginatiue aliquē fo:me ima ginarie ꝓsentent. Sed quomodo gra bre uitra ꝛ supsedeo. Pōt etiā facere appetitus sensitiu⁹ cōcitet ad aliquā passionē. Nimirū cū dicat ph̄us in lib:o de somno z vigilia q̄ amantes modica similitudine in app:chen//sione rei amate mouent. Contingit insup q̄ passiōe concitata ad quod imaginatiue pro//ponitur esse p:osequendū: quia et qui detine tur a passione videtur esse bonū ad quod p passionē in:linatur: z per hūc modū diabo//lus interius inducit ad peccandū. Unde li//cet opera vite semper sint ab aliquo p:inci//pio intrinseco: tamen ad ea potest etiā coope rari aliquod aliud exteri⁹ agens. Sicut eti am ad opera anime vegetabilis calo: exteri//or cooperatur vt facilius cib⁹ digerat. Pro quo nota q̄ voluntas est p:opriū p:incipium actus peccati: quia omne peccatum est vo//luntariū. Que s. voluntas a duobus moue ri potest. Primo ab eo quod interius incli//nat voluntatem ad volendū: z hoc non est ni si voluntas vel ipe deus: deus aūt nō potest esse causa peccati: relinquitur ergo q̄ er par//te sola volūtas hominis sit directe causa pec cati eius. Scdo vero ab obiecto: sicut di.it appetibile apprehensum mouet appetitum: z obiecta mouent potentias. Erat hac par//te pōt intelligi q̄ aliquid voluntatē moueat triplicit. Uno modo ipm̄ obiectum p:oposi tū: sicut dicimus q̄ cibus excitat desiderium hominis ad cōmedendū: z illo modo res sen//sibiles exterius apparentes mouent voluntatem hominis ad peccādū. Scdo mō ille qui ꝓponit vel hmōi offert obiectū: vt homo vel diabolus. Tertio modo ille qui ꝓsuadet ob iectū p:opositū homini tanq̄ bonū vtile: de lectabile vel honestū: talis enim aliqualiter ꝓponit p:opriū obiectū voluntati: qđ est rō//nis bonū verū vel apparens. Et his duob⁹ modis homo vel diabolus incitare potest ad peccandū offerendo. s. sensui aliq̄d appetibi//le vel ꝓsuadendo rōni. Uerūtamē nullo isto rum triū modo:ū pōt aliq̄s directe esse cau//sa peccati: q: voluntas non est ex necessitate mouet ab aliq̄ obiecto nisi ab vltimo fine. Ex quib⁹ concludit q̄ diabol⁹ nō pōt esse directe z sufficienter causa peti: sed solū per modum persuadentis vel appetibile ꝓponentis: vo//luntas autē humana directe est causa peti. Et si obiicit q̄ diabolus inferre potest necessitatē ad peccandū: q: d: de eo Job. xlj. q̄ non est potestas sup terrā que valeat ei compara ri. Ad hoc dicendū q̄ diabol⁹ p̄p̄a virtute ni si refrenet a deo: potest q̄dē aliquē ex necessi//tate inducere ad faciendū aliquē actū q̄ de suo genere est petm̄: hoc est potest aliquē in//ducere in actum peccati: non tamen pōt in//ducere necessitatē peccandi: qđ patet ex hoc: quia hō non resistit motiuo ad peccandū ni//si per rationē cuius vsum diabolus nisi refre net a deo totaliter impedire potest mouendo imaginationē z appetitū sensitiuū: sicut pa ter in arreptitijs: sed tūc rōne sic ligata q̄e//q̄d homo agit nō imputet ad peccatū: sed si ratio non sit totaliter ligata: ex ea pte q̄ est libe ra peccato resistere pōt. Un̄ nulla p̄ās ma//lor homine mouere potest voluntatē humā. nisi solus deus: alioquin frustra diceretur. j. Pet. vl. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quē deuoret cui re//sistite fortes in fide. Nec denq̄ omnia petā hoim ex suggestione diabolica fūt. Dicit em̄ in lib. de ecclesiasticis dogmatib: q̄ non o:es cogitationes nostre male a diabolo excitant sed aliquotiens ex nr̄i arbitrij motu emergūt z hoc ꝓbat Origenes ex hoc: q: etiā si diabo lus non esset, hoies appetitū haberent cibi z venereoz ac similiū: q̄ posset inordinat⁹ esse ni//si ratione ordinaret qđ subiacet libero arbi. Hinc licet Dion. dicat. xlj. c. de diui. no. q̄ multitudo demonū causa est omniū malorū z sibi z alijs. hoc tamē intelligit occasiona//

